tior cognitionibꝫ alioꝝ videt p beatū Bern̄. q̄ đt. Quis em̄ excep-
ta fortassis illa que sola in se felicissime meruit experiri. intellectu ca
pere. rōne possit discernere. qualiter splēdor ille inaccessibil' ꝟgineis
sese visceribꝫ infudit. vt illa que inaccessibilis est accedere ad se ferre
potuisset de portiuncula eiusdē corporis tui se immediate aīa cōtem
perauit relique masse vmbraculū fecerit. ⁊ propter hoc forte maxime
dictū est obumbrabit. q2 res nimirū erat in sacramento. ⁊ ꝙ sola p
se trinitas in sola ⁊ cū sola virgine voluit operari. soli em̄ datum ē
nosse cui solum datū est experiri. dicat igit spūssctūs superueniet ⁊c.
qui vtiqꝫ potētia sua fecūdauit te. ⁊ ꝟtus altissimi obumbrabit tibi
hoc est illo modo quo de spūsctō concipies Sed dei ꝟtus ⁊ sapien
tia christus est in suo sacratissimo ꝯsilio obumbrādo cōteget ⁊ ob-
umbrabit quatenus q̄ natus sit ⁊ patri notus sit ⁊ tibi. Ac si ange-
lus sic respōdeat ꝟgini. Quid a me queris qđ in teipa experiris sci-
es sꝫ feliciter scies. Sꝫ illo actore quo doctore Ego aūt missus sum
ꝟginalē cōceptū nūciare nō creare nō p̄t doceri. nisi a donāte nec ad
disci nisi a suscipiēte. Ex hac autoritate colligit ꝙ btissima virgo de

incarnatõe ꝛ de dei filio incarnato habuerit cognitõem. q̄ fuerit su-
pra fidē ꝙ tantū notus esset sibi q̄ notus erat patri. qđ nō p̄t intelli-
gi de cognitõe fidei ꝭm quā not⁹ erat ꝛ multis Ex his aūt ↄcludit ꝙ
cognitio beate ꝟginis fuit supra fidē. ꝛ supra oēm cognitõem pure
creature existētis in via ¶De spe
Rō pma. Nr. Octauo de spe. vtrū beata ꝟgo habuerit spem. Et p̄t videri
ꝙ nō ꝑ eadē q̄ de fide posita sunt argumēta. Primo si spes
est certa expectatio future btitudinis ex meritis ꝛ gratia ꝓueniens.
sequit spes ad fidē. ꝛ certitudo spei ad fidei cognitõem. ergo sicut co
gnitio ad cognitõem. ꝛ certitudo ad certitudinē. igit si cognitio bea
te ꝟginis fuit supra oēm cognitõem vie trāscendēs fidē. igit certitu
2 do eius supra oēm vie certitudinē ꝛ trāscendēs spem ¶Itē certitu
do spei vel ē fallibilis vel ↄditionalis. si em̄ certus q̇s absolute ē de
eterna beatitudine falli p̄t qꝛ cadere p̄t. si aūt sperat sub ↄditõe ꝛ si ꝑ
māserit in charitate ratio sua ē certitudo ↄditionalis. ꝛ ita oīs certi
tudo spei ē fallax vel ↄditõnalis. Sꝫ beate ꝟginis certitudo de eter-
na beatitudine fuit absoluta ꝛ infallibilis. igit maioꝛ om̄i certitudi
3. ne spei. ergo nō fuit ꝑ modū spei. igit nō habuit spem. ¶Itē cui inest
vnū appositoꝝ alteꝝ inesse nō p̄t. sꝫ timoꝛ sepatõnis ꝛ spes opponū
tur. ꝛ btissima ꝟgo nō habuit timoꝛē sepatõnis. ergo nec spem
4. ¶Itē inter gratiā amissibilē ꝛ gloꝛiā inamissibilē. mediū ē gratia ina
missibilis. g̃ beata ꝟgo q̄ habet statū mediū ꝛ certitudinē inter statū
gloꝛie ꝛ statū vie. habuit ꝛ certitudinē patrie ꝛ certitudinē vie. sꝫ cer
titudo spei ꝑtinet simpliciter ad statū vie. Igit inferioꝛ fuit illa cer-
titudine q̄ fuit in beata ꝟgine. ꝛ ita btissima ꝟgo nō habuit spem sed
maioꝛē certitudinē ergo ꝛc̄. ¶De charitate
Nr. Nono de charitate vtꝝ in btissima ꝟgine fuerit. Et videt
Rō p̄. ꝙ habuit excellentē charitatē oīs pure creature In luca. le
git ꝙ premissa questione de duobꝫ debitoribꝫ quoꝝ vnus debebat de
narios quinquaginta. ali⁹ centū. ꝛ nō habentibꝫ vnde redderēt do-
nauit vtrisqꝫ Et querēte dn̄o quis plus dilexerit. Et responderunt.
Estimo cui plus donauerit Ex hoc colligit ꝙ ille tenet plus diligere
cui plus donat. Sed beatissime ꝟgini sup oēs creaturas plus ē do-
natū. ergo sup oēs creaturas plus diligere tenebat. ꝛ q̄ꝫtū tenebat
2 tātū dilexit. g̃ ipm pl⁹ q̄ꝫ aliq̄ creatura dilexit ꝛ ita videt ꝙ maioꝛē
charitatē habuit angelis ¶Itē grā gratꝫ data oꝛdinat ad gratiā gra
tumfacientem. sed beatissima virgo habuit gratiam gratis datam
vltra omnem creaturam in via vel in patria existentē. in hoc ꝙ me-
ruit esse beatissima mater dei. igitur ꝛ gratiam gratum facientem ha
3 buit gratiam omnis creature excellentem. ¶ Item charitas est
de puro coꝛde ꝛ conscientia bona ꝛ fide non ficta igitur vbi est ma

lor puritas ibi maior charitas. sed beatissima virgo habuit purita/
tem in summo qua sub deo maior nequit intelligi. igit̄ habebat cha
ritatem in summo cui in creaturis maior nequit intelligi ¶ Itē nul/ 4
lus tantum tenetur diligere sicut pater ⁊ mater. sed inter creaturas
sola beata ꝟgo fuit mater dei. igitur nulla creatura tantum teneba/
tur diligere deū. sed quantum tenebat̄ diligere tantum dilexit. igit̄
btīssima ꝟgo plus ꝗ aliꝗ creatura deū dilexit. ¶ Itē ego diligētes 5
me diligo. igit̄ plus diligētes plus diligo. igit̄ quecūqꝫ deꝰ maxie di
ligit ille deū maxie diligit Sꝫ deꝰ maxie sup oēꝫ creaturā diligit beatā
ꝟginē. igit̄ ipsa ad ipsuꝫ maiorē super oēm creaturā habuit dilexio
nem. huiꝰ aūt signū ꝙ de ipsa cantica canticoꝝ que amoris cōtinent
ꝑfectionem specialiter exponuntur. Et ibi amica ⁊ charissia per ex/
cellentiam nominatur ¶ Item Gregorius. Exhibitio operis est 6.
probatio dilectionis. sed deus nunꝗ alicui creature tantū benefici
um exhibuit in ope. igit̄ nūꝗ aliquā creaturā tantū dilexit igit̄ ipa
plus deum ꝗ aliqua alia creatura dilexit ¶ Item deus dat oībꝫ ab/ 7
undanter ⁊ illuminat oēm hoīem. non tamen omnes recipiūt eq̄li/
ter nec oēs equaliter illuminant̄ cuius diuersitatis causa duplex eē
videtur. Una ex ꝑte recipiētis. quia vnū est magis capax ad recipi
endum ꝗ alterū. ⁊ ꝓpter hoc magis recipit altero. iuxta illud euan
geliꝫ Diuisit illis bona sua vnicuiqꝫ ſm ꝟtutē. Glo. capacitatē. hāc
autem capacitatē opatur humilitas. iuxta illud. humilibus dat gra
tiam. igitur vbi maior humilitas maior est capacitas. Sed in bea/
tissima ꝟgine inter oēs creaturas maxia fuit humilitas. igit̄ maxia
capacitas. igit̄ maximā gratiā recipe pt. Sꝫ ꝗtū recipe potuit tm̄
recepit. igitur gratiam in summo creature habuit ¶ Itē ex ꝑte dan 8
tis venit diuersitas doni. qꝛ cum dans dat ſm rationem. ⁊ ratio re
spiciat finē maius donū dat quod dat ad maiorē finem. vt impera
tor magis dat cui daret donū ad essendū militem ꝗ simplicē serui
entem Sed beatissime ꝟgini dabatur donū ad essendū matrē dei
omnibus alijs dabat̄ gratia ad essendū seruos dei. Sicut igit̄ im/
ꝓportōnabil'r maiꝰ ē eē matrē dei ꝗ seruū dei. ita līproportōnabil'r ē
maiꝰ donū qđ ē ad essendū matrē dei ꝗ qđ ē ad essendū seruū dei Sꝫ
donū in quo om̄ia alia donant̄ ē charitas. igit̄ btīssime ꝟginis chari
tas ē imꝓportionabiliter maior charitate oīs creature. vñ Aug. i li.
de gratia ⁊ natura Inde em̄ scimus ꝙ ei plus gratie sit collatuꝫ ad
vincendum ex omni ꝑte peccatū. ꝙ concipere ⁊ parere ipsum meruit
quē ꝯstat nullū habere pcc̄m̄ Et iterū Illa āt ꝟgo singulari grā pre 9
uēta ē ⁊ repleta vt ipm̄ haberet vētrꝫ sui fructꝰ quē ex initio habuit
vniuersitas deū ¶ Itē eadē nūero ē charitas quā hꝫ btīssima ꝟgo mō 10.
in patria ⁊ quā habuit in via in substātia. sꝫ q̄cunqꝫ sunt eadē nūero

ſm ſubam eadẽ ſunt ꝑ ſubam. igit̃ ſi nunc hʒ charitatẽ maiorẽ cha
ij ritate oĩs angeli. ⁊ tũc habuit. ¶ Itẽ arguit̃ ꝑ effectũ. Quicũqꝫ effectꝰ ſequit̃ aliquã formã ſm ſubſtãtiã ſi ꝑmanet idẽ effectꝰ nõ augmẽtat̃ ſm ſubſtãtiã. igit̃ ⁊ charitas eadẽ erit ſp ſm ſubſtãtiã. ſed facere dignũ vita eterna ẽ effectus q̇ ſequit̃ formã que ẽ charitas ſm ſubſtãtiã et ille effectꝰ q̇ extat in via. ⁊ in patria nõ augmẽtat̃ ſm ſubſtãtiam. igit̃ ⁊ charitas eadẽ eſt in via ⁊ in patria nõ augmẽtata ſm ſubſtãtiã. igit̃ cũ btiſſima ꝟgo habuerit charitatẽ maiorẽ omni angelo in
iij. patria. habuit maiorẽ oĩ̃ angelo in via. ¶ Itẽ. cũ ſublato a beatiſſima ꝟgine omnino fomite ⁊ penalitate. ⁊ tandẽ corꝑis aĩalitate habuit maiorẽ charitatẽ oĩ̃ angelo in via. ſed iſta ablatio nõ eſt aliqua adiectio charitatis q̃tũ ad ſubſtãtiã. ſed q̃tũ ad actꝰ eleuationẽ. extenſionẽ ⁊ expeditõem. igit̃ charitas eius fuit maior in ſubſtãtia charitate angeli. licet minor fuit q̃tũ ad actũ ⁊ hoc ꝓpter cõditionẽ ⁊ ſtatũ ſubiecti in quo erat.
iiij. ¶ Itẽ dt Augꝰ. ꝙ hoc preceptum dilige dñm deũ tuũ. ⁊c. nõ p̄t impleri in via. ⁊ ꝯſtat ꝙ hꝫ ẽ ꝓpter ꝯditiones vie q̇ ſunt vnio ad corpꝰ corruptibile penale ⁊ aĩale. ⁊ viſio ꝑ ſpeculũ ĩ enigmate. ⁊ ꝯſtat ꝙ his oĩbꝫ ſublatis plene adimplet̃. ⁊ ita videt̃ ꝙ ꝑfectio charitatis vie in charitatẽ patrie nõ fiat ꝑ aliquam adiectõem q̃tũ ad ſubſtãtiã. ſꝫ ꝑ extẽtionẽ ⁊ eleuatõeʒ q̃tũ ad actũ eadẽ ſubſtãtia ꝑmanente. igit̃ btiſſima ꝟgo habuit maiorẽ charitatẽ q̃tũ ad ſubſtãtiã oĩ̃ angelo nũc ĩ patria. igit̃ etiã habuit in via

¶ De augmẽto charitatis Marie

Primarõ **Q**Ṽr. Iuxta hꝫ vtrũ charitas btiſſime ꝟginis marie in via fuerit in ſtatu tali ꝙ potuerit augmẽtari. Et videt̃ ꝙ ſic. ¶ Omne eñ qđ ẽ citra primũ ⁊ ſummũ. melioris cõditõis eſt ſi p̄t augmẽtari in bono q̃ ſi nõ p̄t. ſed cõſtat ꝙ charitas btiſſime ꝟginis fuit citra
2 ſummũ bonũ ⁊ in bono ſtatu. igit̃ potuit augmẽtari. ¶ Itẽ Augꝰ. ad Hiero. Charitas ẽ virtus qua illud qđ diligẽdũ ẽ diligit̃. hec in aliĳs maior. hec in aliĳs minor. in aliĳs nulla eſt. pleniſſima vero que iam nõ poſſit augeri. que q̃diu hic eſt hõ inuenit̃ in nemine. q̃diu
Cõtra ꝑ. aũt hic eſt viuẽs augeri p̄t qđ ſi ꝯcedat̃. ¶ Cõtra. Charitas beatiſſime ꝟginis fuit ꝑfectiſſima ſm ſtatũ. ſed ꝑfectius ẽ qđ ẽ in termino q̃ id qđ ẽ citra terminũ. ſed qđ augmẽtabile ẽ citra terminũ eſt. ſed charitas beate ꝟginis fuit in termino ⁊ nõ citra terminũ. igitur charitas beate ꝟginis nõ eſt augmentabilis ſed in ſummo cõplemento
2 ſm ſtatũ vie. ¶ Itẽ ſicut nec in corporalibꝫ ita nec in ſpũalibꝫ quicqꝫ eſt vacuũ ſm actũ. ſed inter charitatẽ inaugmẽtabilẽ patrie. ⁊ charitatẽ augmẽtabilẽ vie. mediũ ẽ charitas vie inaugmẽtabilis. igit̃ cũ extrema extent aut mediũ erit aut aliqđ vacuũ eſt. illud aũt mediũ btiſſime virgini nõ ꝯgruit q̇ fuit in ſtatu vie ſumma ⁊ ꝓpinquiſſi-

ma statui patrie. ergo habebat charitatē inaugmētabilē in summo
¶ Itē inter charitatē inaugmentabilē q̄ztum ad substantiā ꝛ q̄ztum 3.
ad actū. ꝛ charitatē augmentabilē q̄ztū ad substantiam ꝛ q̄ztum ad
actū est media charitas augmentabilis q̄ztū ad actū. inaugmētabi
lis q̄ztum ad substātiā. Quarta eñi dr̄ntia est impossibilis. scʒ ꝙ sit
augmētabilis ſm substātiā ꝛ nō ſm actuʒ. sʒ medio ꝑfectibili debet
media ꝑfectio. ergo cū beatissima ꝟgo habuerit mediū statū in via
inter ꝑfectibilia mediā habebit ꝑfectōem. ergo habebit inaugmēta-
bilē charitatē ſm substantiā. ꝛ augmentabilē ſm actū. ¶ Itē omne 4
creatū certo termino ꝛ quātitate est mensuratū. oīa eñi fecit deus
numero. pondere. ꝛ mensura. ergo nullius creati potentia est in infi-
nitū. g̊ augmentatio charitatis nō est in infinitū in via. igit̄ alicubi
erit in summo suo. sʒ summū ꝑfectōis ꝑfectibile vie fuit beatissima
ꝟgo. g̊ habuit charitatē vie in summo ¶ De Fruitione

Queritur. Iuxta hoc. vtꝝ beata virgo frueret̄ in via ꝑ modū patrie Rō ꝑma.
¶ Et videt̄ ꝙ sic Aug⁹. de doctrina christiana. Frui est amo
re inherere alicui rei ꝓpter se. sed beatissima ꝟgo inherebat summo
amori ꝓpter se ꝛ inseꝑabil'r. g̊ fruebat̄. ¶ Itē inter tm̄ ꝯphēsorē ꝛ tm̄ 2
viatorē triplex est mediū. ꝯphensor simpl'r. ꝛ viator simpl'r simul. si
cut dn̄s Jesus. ꝛ ꝯprehensor simpl'r ꝛ viator ſm q̇d. sicut angeli cu
stodijs ꝛ ministerijs hominū deputati. ſm quid sunt viatores vsq̄
in diem iudicij. Terciū mediū est viator simpl'r. ꝛ ꝯphendens ꝛ fru
ens ſm q̇d. ergo cū inueniat̄ aliq̄s ꝯprehensor tm̄ vt homies in pa
tria. ꝛ aliq̄s viator tm̄. vt hoies in via. ꝛ aliq̄s ꝯphensor ꝛ viator si-
mul. vt hō deus. ꝛ aliq̄s ſm quid viator ꝛ simpliciter ꝯprehensor.
vt angeli. Inueniet̄ quarta differentia. vel aliquid erit vacuū. ꝛ ita
erit aliqua ꝑsona viatrix simpliciter ꝛ ꝯphendens ꝛ fruens ſm q̇d
et erit in statu vie summa ꝛ ꝓpinquissima statui patrie. hec autē est
beatissima virgo. ergo ipa erit viatrix simpl'r ꝛ ꝯphendens ꝛ fruens
ſm q̇d. Ex his aūt oīb⁹ videt̄. ꝙ beatissima virgo nō habuit gra-
tiam virtutū theologicaꝝ ſm modū vie. sed perfectiori modo ꝛ ex
cellentiori oīi modo ꝑfectionis pure creature. Qđ si ꝯcedatur
¶ Contra. qꝛ ꝑfectio addita ꝑfectioni nō destruit ipsam sed auget
¶ Itē status vie inferior est statui patrie. ergo summuʒ vie inferius Contra.
erit infimo patrie. ¶ Itē dn̄s in 2 Mattheo. Qui minor est in regno 2.
celoꝝ maior est Joāne baptista. Glo. dr̄. Oīs sanctus qui est cū 3.
deo maior est eo qui est iam in mūdo. ¶ Itē super illud. Ecce mitto 4
angelū meuʒ. ꝛ dr̄ Glosa Nouissimus angelus celi maior est quo-
uis homine ¶ De Charitate

Queritur. Post hec de charitate beate virginis quā habuit ad ꝓxi-
mū. Vtꝝ illam habuerit in summo creature. ¶ Et videt̄

ꝙ nõ. q2 maiorem charitatẽ nemo hꝫ. Martha eñ etiã habuit ¶ Itẽ ipa aiam suã nõ posuit ꝑ amicis suis. ergo nõ habuit charitatẽ maiorem alijs ꝙ aiam suam ꝑ amicis suis posuerũt. ¶ Contra ꝑpter qḋ vnũquodqꝫ tale ⁊ illud magis. ꝑpter qḋ amamus ipsum magis diligimus. ita dt phs. sed ꝑximũ amamus ꝑpter deũ. ergo qui plus amat deũ plus amat proximũ. ¶ Itẽ eadeꝫ charitas est ꝙ diligitur deus ⁊ ꝑximus. ergo ꝙ hꝫ summã charitatẽ ad deum summã hꝫ ⁊ ad proximũ. sed beata virgo summã charitateꝫ habet ad deum. igitur ad proximum.

Contra. ⁊

Questio. xix. de virtutibus

cardinalib9. Et primo de iusticia in quo statu eã habuerit beata virgo respectu viatoꝝ. ¶ Justicia eñ ⁊ misericordia opponũtur in effectib9. ergo qui hꝫ de iusticia magis minus hꝫ de misericordia ⁊ ecõuerso. sed beatissima virgo vtpote mater misericordie fuit misericordissima. ḡ minimũ habꝫ de iusticia. Iteꝫ Isaie Opus iusticie pax ⁊c. Itẽ iusticiã nõ facimus in terra. ideo ceciderunt habitatores eius. Itẽ in ꝓuerbijs Justus in principio accusator est sui. Ex his oĩb9 colligit᷑. ꝙ act9 iusticie in via ẽ iustificare mala ⁊ punire. ⁊ vicia castigare. ꝙ oĩa nõ fuerũt in beata ꝟgine. ergo nõ habuit actũ iusticie in via. igit᷑ nec respectu maioꝝ. ⁊ ꝑ ꝯsequẽs sup viatores. ¶ Contra. due sunt partes iusticie. scꝫ declinare a malo. ⁊ facere bonũ. sed vtrũqꝫ istoꝝ habuit beata virgo sup oĩes puros viatores. ergo iusticiã habuit sup viatores. Qꝫ aũt beatissima virgo declinatõem a malo habuit excellentius oĩb9 viatorib9 pꝫ ex hoc ꝙ sola ipa viatrix fuit que nũꝙ peccauit. vñ Aug9. Excepta hac virgine de qua ꝑpter honoreꝫ dñi cũ de peccatis agitur nullam volo habere mentionẽ. Sed si oĩes sancti ⁊ sancte ꝯuenirent ⁊ dicerent. quid respondemus eis nisi qḋ dt sanctus Joãnes. Si dixerimus ꝙ peccatũ nõ habemus nosipsos decipimus ⁊ veritas in nobis nõ est. Excellit etiã oĩes in operatõe boni. in eo eñ ꝙ deũ genuit qui oĩa regenerauit tantũ effectũ protulit boni de se ꝙ nullius pure creature effectus illi in dignitate vel vtilitate poterit coequari

Prima rõ

Contra ꝑ.

2\. ¶ Itẽ opera misericordie que fiũt ex ꝯpassione ⁊ releuatõe miserie. ⁊ ꝑpter hoc dicũtur misericordie opera. eadeꝫ opera iusticie ad ꝙ oẽs tenent᷑. vt pꝫ in discussione vltima Esuriui ⁊ nõ dedistis mihi man. ⁊c. vbi fit disceptatio ⁊ adiudicatio damnatoꝝ ꝑ hmõi operuꝫ obmissione. Illa eñ opera exercuit beata virgo in summo super oĩes viatores. operum eñ misericordie alterũ est altero magis bonũ vel qḋ fit ex maiori charitate. vel qḋ fit magis indigenti. vel quod magis digno indigenti. vel qḋ fit cũ maiori effectu impenso. vel qḋ fit

ex magis necessario & minus superfluo. hec omnia fuerũt in beatissima virgine in summo. Charitas ex qua opera misericordie fecit oem creaturã excellit. vt infra patebit. maxime indigẽti tribuit. qz nemo iter viatores pauperior Jesu christo fuit. dignissimo pauperi tribuit. qz nemo dignior mẽdicus q̃ mẽdicus deus fuit. Magnũ em esset opus misericordie qd fieret paupi laico. maius quod fieret paupi clerico. maius qd fieret religioso. adhuc maius qd fieret pauperi episcopo. sed summũ qd fieret mendico pape. ergo improportionabilr summũ opus misericordie fuit qd fiebat deo mẽdico & pauprimo. Maximũ etiã effectũ misericordie nobis impendit. qz nobis miseris & captiuis & mendicis deũ filiũ suũ ipm dedit captiuis in preciũ famelicis in viaticũ. laborantibus in premiũ. infirmis in medicamentum. et cũ ipo nobis dedit regnũ celorum & omẽ bonũ. qui etiaz proprio filio suo nõ pepcit. qũo cũ illo nobis oia nõ donauit. ¶ Item beatissima virgo de nullo sibi superfluo sz oino necessario opus misericordie fecit filio suo pauprimo & peregrino. de proprijs suis purissimis carnibus et sanguinibus tunicã polimitã fecit. in vteri sui gremio hospitauit. de pprio suo corpore cibauit & lactauit. ¶ Sic ergo patz q btissima virgo iusticiã quo ad ptes & effectus suos habuit in summo. 3.

¶ Post hoc videndũ est de spẽbus iusticie. q̃ sunt latria. dulia. obedientia. qualiter & he fuerũt in beatissima virgine. ¶ Et pmo de latria. Est em latria soli deo debitus & exhibitus honor. Et intenditur honor iste p tria. Primũ est dignitas psone exhibentis respectu omniũ viatorum. Scdm est minus debitũ exhibitõis. Tertiũ est excellẽtia impẽse seruitutis. Dignitas psone exhibentis respectu omniũ viatorũ in summo fuit in beatissima virgine. Ipa em mater dei. alij oẽs serui. & improportionabilr magis est eẽ matrẽ dei q̃ eẽ seruũ dei. Igitur improportionabilr maior est latria matris dei q̃ seruorum dei. ¶ Itẽ minus debitũ exhibitõis fuit in beatissima virgine respectu aliorum sctorum. quãto em q̃s plus est inferior tãto magis tenetur ex debito necitatis ad seruitiũ. sz btissima virgo fuit supma oim sctorum. ergo exhibitio seruitutis eius fuit ex minimo debito necessitatis. & ex maximo debito charitatis. Igitur iterũ q̃tũ ad hoc fuit opus & eius latria in summo. ¶ Itez 3. impẽsa seruitus latrie psistit in tribus. in actu cordis. q̃ est cognitio & dilectio. in actu oris. q̃ est laus & oratio. in actu opis. vt genuflexio et adoratio. imolatio. & hmõi. Oia hec ĩ btissima virgie fuerũt ĩ summo. in virtutibus em interioribus oẽm creaturã excellit. vt infra patebit. hñt ãt ãgeli virtutes iamissibiles. sz nõ meritorias pmij substãlis. hñt & hoies virtutes meritorias sz amissibiles. habuit ãt btã virgo virtutes inamissibiles cũ angelis & meritorias cum hominibus. & ita vtrisq; excellentius. et ita habuit excellentissimam latriam in actu cordis

Latria.
Rõ pma.
Honor intenditur p tria
Dignitas
2
Angeli hñt virtutes & hoies.

4 ¶ Itē actus latrie ab ore. vt est laus et oratio excellentissime fuit in beata ꝟgine. oratio enim aliorum sctōrum nō innitit alicui iuri ex parte sui sed tm̄ misericordie ex pte dei. oratio aūt beatissime virginis innitit gratie dei et iure naturali et iusticie euāgelij vel decalogi. qr filius nō tenet tm̄ exaudire sed obedire matri. iuxta illud. Honora patrem et matrē. et Apl's. Filij obedite parentibus vestris. qd̄ et ipa videt innuere in mō orandi. nō vtens orōne simplici. sed insinuatōe dicens. vinū nō habent et c. Dicit magister Hugo de sancto victore. q nobilissima spēs orōnis est insinuatio. exemplificans in eodē verbo scz vinū nō habent. Et sic latria eius oris fuit in summo. tum qr erat nobilissimus modus orandi. tum qr eius oratio habebat rōnem iussionis et imperij. tum qr erat ipossibile eā nō exaudiri. iuxta illud Pete mater mi. neq3 enim fas est vt auertā faciē meā. iij. Regū. ij. ¶ Itē q̄ est portio tua Hester ꝓ qua postulas regē. etiā si petieris dimidiū regni mei impetrabis. ¶ Item actus latrie in opere exteriori pncipalis est in oblatione. et excellentior in templorum ↄsecratione et ↄstructione. Hoc aūt totū fuit in beatissima virgine in summo que de corde et corpore templū sancto spūi ↄstruxit. in quo filius dei corporaliter habitauit. in quo seipam et in seipsa summā castitatem cordis et corporis deo omi sacrificio acceptabilius obtulit. imo ipm filiū suum et filiū dei nō ꝓut panis et vinum in corpus ipius trāsferebat et sub spēbus alienis immolat. sed ipm q̄dez eius ꝓpria carne et sanguine ꝯm corpus formatū sub ipa sua specie propria in qua euz genuit spontaneo eius ↄsensu in eius passione pro nobis omibus obtulit. ꝑ quā sufficientissimā et gratissimā hostiā semel oblatā deum toto generi humano recōciliauit. qui nimirū excellentissimus actus latrie in opere fuit ¶ Et sic pz quō beata ꝟgo oēm actū latrie ꝯm oēm modū habuit in summo

Latria oris fuit in summo

Actus latrie in opere

Maria xpm ꝓ nob obtulit

¶ De Dulia

Dulia quid est

¶ Consequēter videndū est de dulia. Est aūt dulia honor creature debitus et exhibitus. Et hec hz duas partes. duliam simpliciter que debet creaturis. et hyperduliā q̄ debet excellentibus creaturis. vt beate virgini et sctē cruci. Habuit aūt beata ꝟgo actū hyperdulie in summo respectu aliarum creaturarum Improportionabilr enim maius est adorari q̄z adorare. ergo improportionabilr maius est hyperdulia adorari q̄z adorare hyperdulia. sed omes alij sancti adorant hyperdulia beatā virginē. ergo ipa omes excellit hyperdulia. ¶ Itē actus dulie habuit sup omes excellenter. actus enim dulie intendit ꝑ ea ꝑ que et actus latrie intendebat. ꝑ dignitatem videlz ꝑsone exhibentis. ꝑ minus debitū exhibitōis. et ꝑ humilitatē seruitutis. Per dignitatez ꝑsone exhibētis excellit omes. nulla enim digna ꝑsona vel creatura potuit aliam creaturā intantū honorare inquātum dignissima creaturarum

Actus dulie intendit tripl'r.

mater dei Itē cū esset dignissima ꝛ suprema creaturarū omniū quam oēs debent revereri ꝛ honorare. minime debitū fuit vt alias creaturas honoraret Item seruitus humillima ꝛ indebitissima fuit qua inferiorem se honorauit. qꝛ proxima deo ꝑ incorruptōem purificatōēꝫ pollutis matribꝫ ꝯstitutā absqꝫ legis ꝑcepto obseruauit. ꝛ filiū cuꝫ oblatōnibꝫ offerens sacerdotibꝫ legalibꝫ reuerentiaꝫ exhibuit. ꝑ qđ obedientiā ꝛ humilitatē ꝯsummauit. sicut scriptū est. sine modo. sic eñ decet nos. ꝛc. Glo. ꝑfectam humilitatē ¶ Et distinguit ibi triplicem humilitatē ꝛ obedientiā.. Prima q̄ exhibetur inferioribꝫ. secunda pari. tertia que supiori. Et ꝑma vocat̄ oīs iusticia. id ē ꝑfecta iusticia. quā beatissima ꝟgo in summo exhibuit qñ deo ꝓpinqssima fuit. ꝛ dignissima inferioribus ꝛ sibi iure subditis. ipa super legē posita ꝑm legē legi ꝛ ministris ei⁹ obediuit. in quo se summe inclinauit et humiliauit. summū eñ citra deū in sursum ē summa incorruptio iuxta illud Incorruptio facit ꝓximū deo. summe aūt distans ab incorruptōe deorsum est corruptio. post corruptōem seq̄tur pena posita ꝑ corruptōe. vt ē mulierū corruptarū purificatio Summa ḡ inclinatio humilitatis fuit qñ se excellentissima in corruptōne ꝟgo sub onus corruptis impositū spontanee se inclinauit. Et sic pꝫ q̄ȝ in beatissima virgine ꝛ dulia ꝛ latria ꝛ obedientia ꝛ humilitas fuerunt in summo ¶ De penitentia

Triplex humilitas

¶ Est adhuc ꝟtutis alia spēs. que ad iusticiā pt reduci. scꝫ penitentia. Q𝔡 sit ꝟtus pꝫ ꝑ glosam sup illud. Penitentiam agite. ꝑma ꝟtus est ꝑ penitentiā veterē hominē perimere ꝛc. ¶ Itē ꝟtus penitentie timore ꝯcipit̄. Q𝔡 aūt penitētia sit spēs iusticie pꝫ. qꝛ oēs tenentur veterē hominē perimere ꝛ oēs peccatores penitere. ¶ Q𝔡 aūt act⁹ penitentie fuerit excellentius in beatissima ꝟgine oībꝫ viatoribꝫ pꝫ ex hoc ꝙ in oībꝫ alijs actus penitentie req̄rit peccatū inesse vel fuisse in beatissima aūt ꝟgine fuerūt actus penitētie sine ꝑsentia vel ꝑcessione culpe ¶ Itē cū nulla ꝟtus q̄tū ad habitū cesset in patria. habitus penitentie erit in patria. ꝛ habit⁹ patrie ꝑfectōres habent act⁹ q̄ȝ habitus vie. ergo penitētia erit in patria. ꝛ habebit ꝑfectiorē actum q̄ȝ habeat in via. ille aūt est detestatio peccati siue nolle peccare. ergo cū beatissima ꝟgo habeat actū penitētie nō ꝑm actū vie habebit ipm ꝑm actū patrie. Igit̄ habuit actū penitētie excellēti⁹ alijs creaturis vie

Penitentia ē virtus

Pñia est spēs iusticie

Act⁹ pñie fuit in Maria

¶ De prudentia.

Nūc Cōsequēter de prudentia. Et ꝑmo vtrum fuit in beatissima virgine ꝑm ꝙ in alijs viatoribꝫ. ¶ Et videtur ꝙ nō. dr̄ Augustinus. Prudentia est amor ea quibꝫ adiuuatur ab alijs q̄bꝫ impedit̄ sagaciter eligens. ¶ Item Aug⁹. Prudentia est in precauēdis insidijs. sed beatissima ꝟgo non impediatur ab aliquo. nec indige/

bat aliqua cautela ɔtra insidias. qꝛ decipi nō poterat. ergo nō habuit actū prudentie. hoc ꝙꝫ mō sicut eū habēt cōmuniter viatores. ꝗ ipa nō habuit actū prudētie ꝑ modū vie. ergo ꝑ modū patrie ¶ Item ꝫ prudētia respicit cognitōez eoꝝ ꝗ ꝑtinēt ad actōez ꝯm ꝙ ē ꝟtus cardinalis. agēda aūt sunt ꝗdā exteriora ⁊ corporalia. ⁊ opa ꝗdā interiora ⁊ spūalia. ⁊ ɔtinget aliquē esse exercitatū in tēporalibꝰ ⁊ inexpertū in spūalibꝰ. aliquē ecōuerso. Prima ꝑfectio ꝑtinet ad actōem secūda ad ɔtēplatōem. circa vtrāqꝫ ɔtingit errorē esse in viatoribꝰ cōmuniter. ſꝫ in btīssima ꝟgine fuit ꝑfectio vtriusqꝫ sine errore ⁊ possibilitate errādi. ergo habuit actū prudētie excellētius omī viatore

Perfectō ꝑma

¶ De fortitudine.

Magnanimitas ꝑma spēs

Nūc Consequēter de fortitudine ꝯm quē statū fuerit in beatissima ꝟgine. Et ꝑ ordinē querit de spēbꝰ siue de partibꝰ eius. Et ꝑmo de magnanimitate que sic describit. ¶ Magnanimitas ē rōnalis aggressio terribiliū. Qꝫ hec in summo fuerit in beatissima ꝟgine sic videt. Terribilissimū eīn in hac vita est dolor mortis. ⁊ quāto natura nobilior tāto mors dolorosior ⁊ terribilior. ſꝫ spūs improportionabiliter nobilior est corpe. ergo martyriū mentis maius est martyrio corporis. sed beatissima ꝟgo martyr est martyrio spūali. aliꝭ martyres martyrio corpali. sicut patebit infra de martyrio ⁊ aureolis. ergo aggressio terribiliū improportōnabilr maior fuit in beata ꝟgine ꝙ̄ in aliꝭ. ¶ Secūda est magnificentia que sic describitur Magnificentia est rerum bene gestarū felix ɔsummatio. Consummatio aūt rerū bene gestarū ꝑ beatā ꝟginē excellit improportōnabiliter oīs pure creature ɔsummatōem. ergo in actu magnificentie excellit omnē viatorē. ¶ Tertia spēs ē fiducia que sic describit. Fiducia est certa spes producēdi rem ad finem que incepta est. sed certitudo spei beatissime ꝟginis fuit absoluta ⁊ infallibilis. omniū alioꝝ viatoꝝ fiducia ɔditionalis est ⁊ fallibilis. sed infallibile excellit fallibile improportōnabilr inꝗ̄tū tale. ꝗ fiducia beate ꝟginis excellit fiduciā omniū viatoꝝ. ¶ Quarta ē securitas. ꝗ sic describit. Securitas ē habitus ꝯm quē superueniētes incōmoditates nō formidant. qñ qꝺ inceptū est ad finē ꝑducit. ſꝫ securitas beate ꝟginis fuit oīno sine timore separatōis. ergo eiꝰ securitas excellit securitatē oīs viatoris. ¶ Quinta ē patientia. que sic descibit. Patientia est bonus habitus aīe omēs aduersitates equanimiter portās. sed patientia beatissime ꝟginis fuit inuincibilis ⁊ ab omni malo culpe impassibilis. omniū alioꝝ viatoꝝ patientia fuit vincibilis ⁊ a malo culpe passibilis. ergo ipsius patientia fuit alioꝝ patiētia maior improportōnabilr. ¶ Sexta ē ɔstātia. ꝗ sic describit. Cōstātia ē animi stabilitas in ꝑposito nō vacillans. sed stabilitas beatissime ꝟginis fuit immobilis ⁊

Maria ē martyr mar. spūali

magnificētia.

Fiducia.

Securitas

Patientia.

Constantia

oīm alioꝝ mobilis. Ergo eiꝰ ꝯstātia alioꝝ ꝯstātia improportōnabiliter maior fuit ¶ De perseuerentia

¶ Post hec queritᷣ de ꝑseuerātia. q̄ dupl'r dr. Uno° ꝓpositū ꝑseuerādi in finē. Alio° actꝰ ꝑseuerādi in finē voluntas beatissime ꝟginis ad ꝑseuerādū fuit inflexibil'. oīm voluntas alioꝝ flexibil'. Ergo eiꝰ ꝑseuerātia alioꝝ ꝑseuerātie ē īproportionabilis *Perseuerētia dr dupl'r* ¶ De tēꝑantia

Nr. Postea de temꝑātia. que sic describitᷣ ꝫm ph̄os. Temperātia est illiciti animi impetus firma ⁊ discreta dn̄atio. Item Math. Erant q̄ manducauerāt q̄si q̄ttuor milia hominum. Glo. Tēꝑantia ē refrenatio cupiditatis ab his q̄ tēporaliter delectant. Sz ī hac definitōe definitᷣ tēꝑātia ꝫm actū vie ⁊ nō patrie. ⁊ ꝫm actꝰ istos nō fuit tēꝑantia in beatissima ꝟgine. Ergo nō habuit tēꝑātiam ꝑ modū vie. sed patrie. Itē Augꝰ. Temperantia est amor incorruptibilis in deo ⁊ integer. sed tam amor ⁊ incorruptio ⁊ integritas fuit improportionabil'r excellentiꝰ in beatissima ꝟgine q̄ȝ in aliq̄ viatore. g̃ habuit tēꝑātiaȝ īproportōnabil'r sup oēs viatores

¶ De speciebus temperantie

¶ Sequitᷣ de speciebꝫ temperātie. q̄ sunt castitas. modestia. ⁊ sobrietas. ¶ Et p̄mo de castitate. Q̄ꝫ aūt beatissima ꝟgo omnē creaturā excellebat in castitate sic ꝓbatᷣ. *De castitate* ¶ In oībꝫ viatoribꝫ puris hoībꝫ castitas est cū pugna ꝯtra fomitē. ⁊ cū casu ad minꝰ in p̄mū motū venialem. ⁊ cū possibilitate cadēdi etiā in mortalē. exceptis in vtero sanctificatis ⁊ apostolis sp̄ūsancto repletis. in beatissima aūt ꝟgine fuit castitas sine pugna fomitis. sine casu mortali. sine possibilitate cadendi etiā casu. veniali. g̃ castitas eiꝰ oīni hoī fuit improportionabilis. ¶ Itē castitas b̄tissime marie ꝟginis castitatē angeloꝝ q̄nqꝫ gradibꝫ excellit. Est eñ multiplicior. nobilior. vtilior. gloriosior. laudabilior. Multiplicior. Angeli eñ habent tm̄ castitatē in sp̄ū. hec aūt in carne ⁊ sp̄ū. Itē nobilior. q̄ꝛ illa naturalis. ista gratuita. Itē vtilior. illa eñ est naturalis ⁊ nō meritoria. ista meritoria. Itē gloriosior. hec eñ sine victoria. illa aūt cū victoria. Itē laudabilior. hec eñ est necessaria. illa ꝟo volūtaria. Pꝫ ergo q̄ b̄tissima ꝟgo omnē creaturā excellit in castitate *Uirginis castitas āgeloꝝ castitateȝ excedit in quinqꝫ.*

¶ De Sobrietate.

¶ Sequitur de sobrietate. que dupliciter dicitur. Est enim sobrietas temperantie species. est etiam sobrietas que est abstinentia pars satis factōnis penitentie ⁊ species iusticie. Prima sobrietas est cum pugna in omni viatore ⁊ cum errore. ⁊ cum possibilitate cadendi in p̄mum motuȝ gule. sed in beatissima ꝟgine fuit sine pugna sine errore. sine possibilitate cadendi etiam in p̄mum motum gule. Ergo excellentiꝰ fuit in beatissima ꝟgine sobrietas q̄ȝ in alio viatore *Sobrietas dr dupl'r*

De modestia.

Abstinētia fit tribꝫ de causis

¶ Item alia ābstinētia est q̄ fit tribꝫ de causis. pro debito satisfactōis pro pctō pterito. p cautela euasionis. p pctō futuro. p delectōe pene debite in p̄senti. sꝫ in btissima v̄gine nō fuit abstinētia satisfactōis p debito p pctō pterito. sꝫ p merito superogatōnis. nec p cautela p uisionis sed p exēplo edificatiōis. neqꝫ p deletōne pene. sꝫ p merito glorie. Igit̄ eiꝰ abstinētia fuit nobilioꝛ q̄ꝫ alicuiꝰ viatoris

¶ De modestia

Modestia cō sistit in duobꝫ.

¶ Seq̄tur de modestia que ꝯsistit in duobꝫ. scꝫ in dictis ꝛ factis vtrūqꝫ habebat v̄go beata in summo. In lingua qꝛ nemo vnq̄ꝫ linguā domare potuit. hoc ꝯmuniter intelligit̄ de viatoribꝫ. sed beatissima v̄go linguā in summo domauit. qꝛ in lingua nunq̄ꝫ lapsa fuit. ergo modestia in dictis beatissime v̄ginis omnem creaturā excellit. Itē in factis nō est q̄ nō peccet. septies in die cadet iustus. hoc intelligit̄ ꝯmuniter in viatoribꝫ. ꝛ de casu etiā veniali. sed beatissima v̄go nunq̄ꝫ peccauit. etiā nunq̄ꝫ cecidit. ergo in modestia facti oēm creaturam excellit.

De modestia in cultu vestiū

¶ Seq̄tur de modestia in cultu vestiū. Q̄ āt modꝰ in cultu vestiū ptineat ad modestiā. pbat̄ p illud Thi. ij. Sil'r aūt et mulieres in habitu ornato cū verecūdia ꝛ modestia oꝛnātes se nō in toꝛtis crinibꝫ. aut auro. aut margaritis. aut veste p̄ciosa. sed q̄d decꝫ mulieres pmittētes pietatē p oīa bona opa. ¶ Itē p illud. quarum nō sit exteriꝰ capillatura aut circūdatio auri aut indumēti vestimentoꝝ cultus. Glo. sicut crispatus habitꝰ Hiero. Mulieres serico vel purpura indute xp̄m induere nō p̄nt. auro margaritis adoꝛnate oꝛnamēta coꝛdis pdiderūt. Itē Luc. xvi. Hō q̄dā erat diues ꝛc̄. Glo. si in cultu p̄ciosaꝝ vestiū culpa nō eēt. sermo dn̄i non tā vigilāter exp̄meret q̄ diues purpura ꝛ bysso indutꝰ apud iferos irremediabilit̄ torqueret̄. Ex his autoꝛitatibꝫ innuit̄ q̄ adhibēdus ē modꝰ in cultu vestiū.

Questio

Querit̄ ergo q̄liter ista modestia in beatissima v̄gine fuit. vtꝝ descēdēdo ad despectissimū habitū vel ꝯsiderādo mediocritatē. videt̄ q̄ p̄mo mō. Hiero. qꝛ cinis ꝛ ciliciū sunt arma penitētiū. Itē Crisº. de tunica incōsutili opinat̄ q̄ dr̄ incōsutil' sicut mulier dr̄ difformis nō q̄ sit sine foꝛma. sꝫ q̄ habeat malā foꝛmā. ita incōsutilis nō q̄ fuerat sine sutura. sed q̄ habuit rudes suturas. ꝛ desup ꝯtexta fuit p totum. i. tapeciata.

Uestitus dn̄i.

Si ergo vestitus dn̄i adeo fuerit despectus vilis ꝛ aspimus. ḡ in matre misc̄oie q̄ eiꝰ imitatrix est debuit esse habitꝰ despectus. ¶ Itē s̄m ph̄m. diuersum est iudiciū de habitu vulgi ꝛ sapiētum. cū interrogat̄ q̄s de vulgo q̄s sit habitꝰ ꝯgruus. Respondet decoꝛus. qꝛ decoꝛ attestat̄ honestati. Si interrogemꝰ vnū de sapiētissimis ꝛ de hoꝝ famosissimis scꝫ Joannē bap. Respōdebit de capillis cameloꝝ. ergo si s̄m ꝯsilium sapiētū eligitur vilitas in cultu. igitur cum beatissima fuerit prudētissima ipsa elegit vilitatem in vestitu

Q3 aūt mediocritatē videt̃ p btm̄ Hiero. q̄ ait. Ornat⁹ vestiū ꝛ for mediocritatē
des pari mō sunt fugiēde ¶ Item nihil tātum deo placet sicut zelus ꝑ
aīaꝝ. ad hūc aūt ordinat̃ ꝯformitas. iuxta illud Omnibꝫ oīa sum fa z
ctus vt oēs lucrifacerē. ꝯformitas aūt est in mediocritate. ergo cum
btissima ꝟgo fuerit maxima zelatrix aīaꝝ que oēs maxime lucriface
re voluit. ipa hoībꝫ oībꝫ maxīe se ꝯformauit. ḡ mediocritatē habuit 3
in cultu ¶ Itē ꝟtus in mediocritate ꝯsistit. ḡ cū btissima ꝟgo oībꝫ ex
emplū ꝟtutis extiterit in mediocritate habit⁹ exēplū dedit

Ad p̄dictoꝝ oīm euidētiā ꝛ ad obiectoꝝ pleniorē solutōem. ꝛ ad Solō
ipsius solutōnis intellectū ꝛ intelligētiā faciliorē hic quedā sunt pre
mittēda d̄r Math. vlti. Predicate euāgeliū oīni creature. Glo. ge/
neri humano. qd̄ hꝫ aliqd̄ cōe cū oīni creatura. esse cū entibꝫ. sentire Homo est oīs
cū brutis. intelligere cū angelis. hec aūt cōitas est cā ꝛ aptitudo na/ creatura
turalis in viribꝫ app̄hēsiuis aīe humane ad app̄hēdēdū vniuersalr̄ Cōitas hec
spēs oīm creaturaꝝ cognoscibiliū. ꝛ silr̄ est cā ex parte reꝝ cognosci/
biliū. vt spēs ipsaꝝ p̄sentent̃ ipis viribꝫ apprehēsiuis. ꝛ sic fit natura
lis cognitio cognoscibiliū a cognoscēte. cū ad spēs obiectas ꝯuertū
tur app̄hēsiue vires p similitudinē ꝛ q̄dā desideriū qd̄ iteꝝ ē natu/
rale. ipa aūt rō in hoīe cū sit supior supiorē hꝫ actōem oīm inferioꝝ
vn̄ p̄hus. Quicq̄d p̄t ꝟtus inferior p̄t ꝛ ꝟtus superior. Cui ꝯsonat
Dionysi⁹ in celesti hierarchia. Ordines supiores excellēter h̄nt infe/
rioꝝ dispositionū ꝟtutes ꝛ nō ecōuerso ¶ Et ideo oīm sensibilium
creaturaꝝ ꝛ intelligibiliū est rō naturalr̄ cognitiua rōne cōitatis na
turalis. ꝛ ipa cū sit collatiua naturalr̄ cognoscit res ꝛ creaturas esse
signū aliqd̄ vel vestigiū. sicut artificiū artificis ex q̄ etiā rō naturalit̃
est cognoscitiua creatoris. cui⁹ creature sunt vestigia ꝛ signū. Et sic B
pꝫ q̄r rō humana hꝫ in sua natura q̄ sit cognoscitiua sensibiliū crea/
turaꝝ ꝛ intelligibiliū ꝛ creatoris eaꝝ. ꝛ q̄ hꝫ desideriū ductiuum ad
cognoscēdū. hoc p̄t dici ductus naturalis rōnis q̄ ex solis bonis na
turalibꝫ ducit̃ tāq̄ ex p̄mis motibꝫ ex p̄te ipsi⁹. Silr̄ ex p̄te affectus Ex p̄te affect⁹
sunt q̄dā aptitudines naturales ad bonū q̄s q̄dē p̄hi appellant se
minaria ꝟtutū q̄bꝫ mouet̃ aīa rōnalis ad bonuꝫ naturalr̄. ipa vero
aīa rōnalis sic existēs ē receptiua habit⁹ multiplicis. s. artiū ꝛ sciētia
rū ex parte ꝟtutis app̄hēsiue. sed hmōi nō ducūt rōnē extra motus
vel terminos ei debitos f̄m aptitudinē naturalē s3 sunt facultates
et directōes quedā ad cognoscēdum ea ad q̄ naturali ductu se hꝫ. et
hec sunt habitus acq̄siti p ingeniū siue dati siue infusi. ex parte vero
ꝟtutis motiue ē receptiua habitus ꝯsuetudinalis. q̄r nō erigit̃ affe
cus sup ductū nature vel sup ea q̄ naturalr̄ ducta rō dictat. affectuꝫ
vero f̄m se habentē cognouerūt q̄dā p̄hi nō sufficere ad btitudinem
vn̄ Tulli⁹. Sepe dicimus ꝛ sepe dicendū ē naturaliter auidissimi s̄

ne appetētissimi sumus. qꝛ honesta sunt nobis innata ꝟtutū semi/
naria. ita vt si pateremur ⁊ anhelare liceret ad btitudinē cū diuino
munere natura nosipsos ꝑduceret. sed igniculos nobis inditos na
tura sepe recōdimus. Est igiꝭ ꝑter hmōi habitus naturalis aīa susce
Aīa ē susceptiua fidei. ptiua ignis fidei q̄ ē donū fluens a deo modo nobiliori ⁊ vtiliori qꝫ
sit modus ꝭm quē fluūt nature ⁊ bona naturalia. hmōi āt grā du-
ciꝭ aīa rōnalis ad cognitōez taliū. ad q̄ nō poterat rō duci ductu na
turali adiuta arte vel scīa vel habitu ꝯsuetudinali. Cognita autem
hmōi vt sunt deꝰ est trinus ⁊ vnus. verbū caro factū ⁊ hmōi. ad que
nō sufficiūt bona naturalia sine fide. qꝛ ad hec ē parua natura ⁊ pu
silla statura que significaꝭ Luce. xix. in Zacheo qui cū nō posset vide
re iesum. ascēdit in arborē siccomorꝝ. vbi glo. deuotōem fidei ad vi/
Fides trahit. dendū saluatorē quod natura hꝫ minus supplet ascēsu arboris ¶ Et
Duplex ductꝰ sic pꝫ q̄ fides sursum trahit vltra ductū rōnis. Et iste duplex ductꝰ
signaꝭ Luce. xv. de filio ꝓdigo q̄ dixit patri. da mihi portionē substā
tie mee que me ꝯtingit. iste voluit id qđ seipo ꝯtingere potuit. Hoc
eīm ꝯtingere fuit seipꝫ. vñ glo. Iste ꝑte sua voluit vti vt nullo formi
dāte vel regēte vel nullo regnāte viuat. diuisit illis bona sua Glosa
Fidelibꝫ sue gratie portionē quā desiderāt impēdo. infidelibꝫ soluꝫ
Aīa rōnalꝭ. naturalis ingenij bñficiū ꝯcedēdo Et sic pꝫ q̄liter aīa rōnalis grē
Notandū. auxilio sup suū naturale posse eleuaꝭ in cognitōem diuinorꝝ. videli
cet ad primā veritatē ⁊ ad summā. Et notādū q̄ in hmōi eleuatiōe
aīa nō tm̄ naturalē terminū supgrediꝭ. sꝫ sup se eleuaꝭ ⁊ sue pfectōi
appropinquat meliorādo ⁊ renouaꝭ. ⁊ hoc ꝭm potentias ipsius ra
tionalis. vt talis ē siue fuit apphensiue siue motiue. vt rationalis vl
Imago dei irascibilis ⁊ ꝯcupiscibilis In rationalibꝫ eīm ⁊ apprehēsiuis ⁊ mo/
tiuis ē imago dei. ⁊ in his est rōcinatio ꝑ iesum xpm. apprehensiue
eīm rationales habent dilectōem suā in homine ⁊ in deo. In homine
Nota scꝫ in xpo ꝭm vtrāqꝫ naturā. Sed nota q̄ veritas se habet ꝑ specula
veritas duplex tionē siue cognitōem ad intellectū dupliciter. Aut scꝫ vt sui presen/
tia remoueat ignorātiā. ⁊ hoc modo se habet oīs veritas ad intelle/
ctū speculatiuū dū apphēdiꝭ ab illo. ⁊ dū delectaꝭ rō vel intellectus
sic delectationē ꝯuenit eē in sciēdo Aut vt ipsiꝰ p̄sentia nō tm̄ remo/
2 ueaꝭ ignorātia. sꝫ etiā nobiliteꝭ ⁊ melioreꝭ potētia ipsiꝰ veritatis. pre
sentia. vt clare videat ⁊ apte sine enigmate qđ ꝭm se vel in se meliora
ri ⁊ videri nō posset. hmōi veritas ē diuina veritas. cuiꝰ p̄sentia se rō
sentit ꝑfici ⁊ meliorari. ex quo hꝫ delectōnem talē ⁊ tantā qualem et
natura hūana in xpo quātā nō posset ex p̄sentia ⁊ in p̄sentia alteriꝰ veritatis ¶ Silr autē
in xpo natura hūana ex vnione ad diuinā hꝫ summū suū vt. s. sit tm̄
meliorata q̄ꝫtū pt. ⁊ intātū q̄ etiā ꝑ illū hoiez ducaꝭ ad visionē diui
nitatꝭ. vñ ꝟitas talꝭ apphēsa a ꝟtute cognitiua nō tm̄ remouet igno

rãtiā ſꝫ etiā videt ⁊ ſentit vt ſit meliorata. ꝙ etiā ꝑ illū q̄ ē eiuſdē na-
ture ducit̃ ad viſionē diuinitatis. Et h̄ eſt qd̓ dr̄ ad Corin. Cū tradi
derit regnū deo patri ⁊c̄. Glo. Cū ꝑduxerit credētes ad ↄtēplatōēꝫ
dei patris. vbi ē finis oīm ⁊ req̄es ſempiterna ⁊ gaudiū Sic igit̃ pꝫ
qꝛ aīa rōnal' ſᵐ illas vires gaudet de viſione deitatꝭ tāq̄ꝫ de viſione
ſummi ꝑficiētis ipm̄. ⁊ de viſione dei hoīs. i. xp̄i tāq̄ꝫ de viſione opti-
mi ⁊ ꝑfectiſſimi ſue nature. cuiꝰ iſluētia ſic ſe meliorari videt ⁊ nobili
tari vt videat deū. ⁊ viſio iſta eterna vita ē Joh̄. xvij. Jn q̄ ſumma ve
ritas ⁊ ſumma bonitas. ⁊ ſic reficit rōnalē vim inde ⁊ ex toto eā deco
rabit ⁊ alliciet vt nihil aliud q̄rat videre niſi ipm̄ aut ꝓpter ipm̄. ⁊
iō ibi erit ↄtinuatio viſionis Jtē ſummū delectabile ↄcupiſcibile ſic
ſuauitate ꝑfundet. vt nihil aliud amet aut q̄rat niſi ipm̄ aut ꝓpter
ipm̄ ⁊ ideo nō erit faſtidiū Jtē ſumme arduū ſumma ſua imobilita
te iraſcibile roborabit ⁊ ſecurabit vt nihil tenere aut tractare q̄rat ni
ſi ipm̄ aut ꝓpter ipm̄. ⁊ ideo nō ē ibi fatigatio. vn̄ Augꝰ. de ciuita.
dei. xxij. Quecūqꝫ ab hoīb⁹ honeſte deſiderāt̃ erit deꝰ finis oīm deſide Deus eſt finis
rioꝝ eoꝝ quē ſine fine videbūt. ſine faſtidio amabūt. ⁊ ſine fatigatōe
laudabūt. vt aūt ad h̄ ꝑueniat aīa rōnal' opꝫ ꝙ habitib⁹ interme-
dijs eleuet̃. in q̄ eleuatōe ſūt gradꝰ ⁊ ordines quos vt plene cognoſ-
cas Nota ꝙ ē vnū veꝝ delectabile remotiuū impfectōis ⁊ indigētie Nota.
et ſᵐ ordinē nature cauſe ad cauſatū. Jtē in cauſato ē impfectio et
h̄ reſpectu ſue cauſe. ⁊ indigentia. ſ. regreſſibilitas in nihilū niſi ↄti-
nuet̃ ſuū eē ꝑ ſuā cām ⁊ h̄ oīno p̄t cognoſci. Jtē gētilis p̄t h̄ ↄtinge gentilis p̄t.
re ⁊ cogitare i aliq̄ viſione ꝓme veritatꝭ. dr̄ igit̃ Augꝰ. in lib. de trini.
iiij. Nōnulli ſapiētes mūdi potuerūt aciē veritatꝭ vltra oēm creatu
rā trāſferre ⁊ lucē incōmutabilis veritatis quātulūcūqꝫ ex p̄te ↄtinge
re h̄ aūt vidētes ⁊ cognoſcētes p̄nt habere dilectōem. ⁊ ſic ē delecta-
tio in ſapiētia. qꝛ illa veritas illis apparet ſicut lucēs. ⁊ ſic eā amāt ⁊
nō apparet eis ſicut purgās Augꝰ. iiij. ↄfeſſionū. Cur veritas parit
odiū niſi qꝛ ſic amat̃ veritas vt q̄cūqꝫ aliq̄d amāt illud volūt eē ve Ueritas.
ritatē. qꝛ falli nolūt hi amāt veritatē lucētē nō redarguētē Ecce ꝙ il-
la v̄itas multꝭ modis p̄t apparere. ⁊ cū apparet eis ſicut lucēs p̄nt
cogitare ꝙ ꝑ eam ꝑficiunt̃ impfectōes naturales in cauſato ⁊ remo
uent̃ indigētie. ⁊ amāt illā ꝓmā veritatē qui ſic cognoſcūt eam. Et
amor ē natural' affectus inclinatio ad illā veritatē ſic cognitam Sꝫ Amor eſt
amare nō plus p̄t hō q̄ꝫ ſe extēdit natural' cognitio. ⁊ nō poteſt ope
rari ſic vt attingat illā. Cuiꝰ due cauſe ſunt. vna inſufficiētia nature Cauſe due
deſtitute. alia impfectio que ꝓuenit ex deſtitutōe nature. ſ. miſeria pe
nalis ex culpa originali quo ad reatū. hūc āt defectū vel impfectio
nē nō cognouerūt ph̄i ignorātes hoīeꝫ fuiſſe in duplici ſtatu. ⁊ hoc
propter miſeras naturas eſſe que contracte ſunt. nec illa veritate ſic

lucēte hoc cognoscāt. Sed si viderēt illā redarguentē tūc cognosce/rēt illā penalitatē esse p causas a suo creatore. Apparet aūt illa veri-tas eis si vellēt credere. Ex quo pz q gētilis nō ē in via nititur eñ ex hoc nō habet spem neqz formatā neqz informē. Si autē spes dicit q̄ nō est veritas sed ꝯfidētia ex ꝯsideratōe libertatis diuine si deus mi-sericordie sic pt in fide infidelis habere spem. i. ꝯfidētiā ꝛ hec ꝯfiden-tia facit naturā niti q̄ztū potest eē bm se. sz hoc totū parū ꝓdest. de fi-deli autem aliter

Gētilis. Spes dr

¶ Est aūt status naturalis respectu fideliū. Sciendū q gratia sacra-mētalis in qua sunt oēs ꝟtutes naturaliter cū suscipit vt hmōi ē in/troducēs in vitā ꝛ hec remouet impedimētū ꝓueniens ex destitutōe nature ꝛ iuuat ipsam ꝛ roborat ꝛ eleuat ꝛ pducit. hec āt sufficit vt ꝯsecratus hac gratia collocet in patria. si decedat ante temp9 liberi arbitrij determinatū ad operādū. ꝛ hec est status vie vnius. In ad/ultis vero est aliter Gratia sacramētalis sp stat cū qua est gratia vir-tutū vel que est virtus que est ad operādū ꝓpter deum qua gratia si nō operet cū debet operari peccat. hic nō habet nisi signū vie ꝛ memo-riale aliqd. ꝛ deformant ꝟtutes in eo. ꝛ hz spem ꝛ fidē informē. quia si nō operat cū debet operari ꝛ nō impedit aliunde vel simpliciter vel ad tēpus tūt peccat mortaliter. vel ex omissione. vel ex negligentia. vel ex aliquo alio. ꝛ sic est extra viā. qz tm̄ habet signū vel memoriale vie huius. adhuc tamē habet aliquā spem. sed p illā nullū gaudiuz habet. qz est valde remota a termino. qz illa est non ad obtinēdū ali-quē terminū. sed illa spes est idē quod nō diffidētia de dei misericor/dia. hoc gentilis habere nō potest. ꝛ illa spes ē respectu misericordie vt iterū reuocetur. qd iterū gētilis habere nō pt Si aūt operat ꝛ est tm̄ in mortali pctō in idē redit cū hoc qui nō operat. Sz si in iuuenili nō tm̄ hic est extra viā penitus sed plus morat in via ꝛ a recta cadit in nō rectā. sicut iter duos terminos ꝛ eosdē pt esse linea recta ꝛ cur-ua. vt dyameter ꝛ costa. sed dyameter ē breuior. vnde rectū diffinit quod est inter terminos spaciū breuissimū. Si aūt sine peccato est tūc habet spem formatā ex qua orit gaudiū. licet nō omnino plenuz qz nō adhuc nisi in spe habet pmiū q̄ztū est de ipsis ꝟtutibꝫ spe fide ꝛ charitate. Si aūt supinducta fuerūt dona vt amplior sit gratia iaz habet pignus aliqd bm q dr apls Chorin. dedit pignus spūs in cor-dibꝫ nostris Glo. i. dona q̄ sunt pignus spūsancti qd ē in nobis. ꝛ ta-lis sic se hn̄s iā plus habet q̄z spem. qz iā hz quādā silitudinē ei9 per gratiā faciētē deiformē. Et de tali dr in sentētijs q talē rem aliq̄tenus nō solū iā spe sz etiā re hz. pt in via ad huc plus teneri a q̄busdā qui iam habēt aliquā ꝯgustatōem. ꝛ illi nō hn̄t tātūmodo pignus sed ꝛ arram bm q arra ē pars premij. Sed illi ꝛ si sint in via non tamen

gra sacralis.

Nota

E.

hoc hñt ẜm statũ vie. sed vt sunt p̃ter statũ vie. Aug⁹. sup Geñ. ad litterã. xij. Nemo vidit deũ viuens vita ista. nisi ab hac vita aliquo mõ moriat̃. siue oĩno exiens de corpe. siue ita auersus. ⁊ alienat⁹ sensib⁹ vt merito nesciat vtꝝ in corpe vel extra corpus sit. vt dr̃ Apl'us Chor. hanc eñi visionẽ mens ab om̃i corpe ⁊ ab om̃i labe mũdata ⁊ a silitudine corpis alienata ⁊ abrapta corpe habere pt

¶ Collige igit̃ ex p̃dictis ⁊ nota q̃ tripl'r pñt distingui grad⁹ q̃bus ascendit̃ ad videndũ deum. Primo ẜm ordinẽ actuũ naturalẽ inter se. sicut docet Aug⁹. in libro de quãtitate aĩe. ponens gradũ p̃mũ inter actus aĩe vegetatõem q̃ ꝯmunis est cum arbustis. Secundo sensus. q̃ est nobis ꝯmunis ⁊ brutis. In tertio memoriã intelligibilem. q̃ est ꝯmunis doctis ⁊ indoctis bonis ⁊ malis. Quartus gradus est eleuare se supra se. ⁊ mũdare oculum ab om̃i terrenitate. Quintus custodire atq3 firmare ipam sanitatem. Sextus est serenũ ⁊ rectũ aspectũ in id qd̃ videndũ est dirigere. Septimus grad⁹ nõ q̃ iam sit gradus. sed mansio ⁊ visio ipa veritatis. ¶ Itẽ eosdem gradus aliter sic noiat dicens. Ascendentib⁹ ergo versus sursum p̃mus actus docẽdi eã dr̃ aĩatio. scd̃s est sensus. terti⁹. est ars. quart⁹ ṽt⁹. q̃ntus tranq̃llitas. sextus ingressio. septimus ꝯtẽplatio. Possent ⁊ hoc mõ appellari de corpe. p corpus. circa corpus. ad seipam in seipa. ad deũ. apud deũ. Possent ⁊ sic. pulchre de alio. pulchre p aliud. pulcre ꝯtra aliud. pulcre ad pulcrũ. pulcre in pulcro. pulcre ad pulcritudinẽ. pulcre apud pulcritudinẽ. Sed ista videre vt videnda sunt vere paucoꝝ est. neq3 ad h̃ q̃sq3 nisi vera religione fit idone⁹ Est eñi religio ṽa q̃ se vnit deo aĩa. vñ se pctõ velut abruperat recõciliatõe religat. ¶ Itẽ distinguũtur isti gradus ẜm statũ potentiaꝝ respectu obiectoꝝ. vt p̃mus gradus sit visio in sensum ẜm imaginationẽ. ⁊ hic vtit̃ mũdo tanq3 speculo. Scd̃s est in imaginatiõe ẜm imaginatõem. hec nõ mũdo s3 mũdi imagine vtit̃ vt speculo. Tertius gradus est visio in imagine ẜm rõnem qñ rõ imaginis querit̃ ⁊ cũ admiratõne inuenit̃. Quartus est in rõne ẜm imaginatõnem qñ p visibiliu3 silitudines ad inuisibilia rõ deducit̃. Quintus in rõne ẜm rõnem qñ ex q̃busdã cognitis ad aliqua incognita rõ rõcinãdo ꝓgredit̃. Sextus supra rõnem nõ p̃ter rõnem. qñ p mentis subleuationẽ cernit qd̃ mentis naturã transcẽdit. ⁊ ei qd̃ p aciem intelligentie cernit̃ natura rerũ acq̃escit. Septimus supra ratõnem ⁊ ꝯtra rõnem. ⁊ hic est speculatio fidei q̃ est suba rerũ sperandaꝝ argumẽtũ nõ apparentiũ. Octau⁹ est extasis siue raptus in qua rachel. id est actio morit̃. ⁊ beniamin. i. pfectio ꝯtẽplatõis gñat̃. Oẽs hi grad⁹ distinguũt̃ ẜm ordinẽ poñaꝝ ⁊ actuũ. vel actuũ respectu obiectoꝝ

¶ Scd̃o mõ st̃ grad⁹ in h̃mõi eleuatõe aĩe ad deu3 ẜm maiorem

Grad⁹ ascẽsionis ĩ deũ distinguũtur tripl'r.

Aliter gradus nominat

Religio vera

Gradus distinguũtur.

habitũ gratuitoꝝ ꝑfectõem aĩam suꝑ posse nature magis ⁊ magis eleuãtiũ. ⁊ deo ꝓpinquius ꝯtingentiũ inter quos primo gradu ele/uant gratie sacramentales impedimẽta culpe ⁊ pene remouẽtes ⁊ fomitẽ diminuẽtes q̃ animã trahũt. Scd̃o gradu sunt virtutes aĩaꝫ in esse gratuite ꝑficiẽtes ꝓmo. ⁊ ꝑ opatiões in finẽ dirigẽtes Tertio gradu sunt dona aĩam ad excellentiores actus gratuitos ꝑficientes et magis fini ꝯiũgentes. In quarto sunt fructus aĩam ꝫm possibilitatẽ vie deo ꝯiũctã delectãtes ⁊ reficiẽtes. Ex his q̃ttuor gradibꝫ a latere currũt beatitudines circa subiectũ in quo sunt p̄dicti habitus statum ꝑfectionis ꝫm modum vie ꝯplentes

Tertio mõ

¶ Tertio mõ est ordo in ista p̄dicta eleuatõe aĩe ad deũ ꝫm diuersitatẽ status subiecti qd̃ eleuaꝛ. ⁊ diuersitatẽ mediȷ̃ ꝑ qd̃ eleuaꝛ. Diuersitas status subiecti quadruplex est. Eoꝝ em̃ q̇ eleuãtur ad vidẽdum deũ aliȷ̃ sunt in statu vie. aliȷ̃ p̄ter statũ vie. aliȷ̃ supra statũ vie. et iuxta statũ patrie aliȷ̃ in statu patrie. Illi q̇ eleuãtur ꝑ moduꝫ vie vidẽt ꝑ speculũ in enigmate. Et faciũt q̇nqꝫ gradus Prim⁹ gradus est videre ꝑ vestigiũ in creaturis. Scd̃s ꝑ imaginẽ in aĩa. Tertius fide informi. Quartus fide formata. Quintus ꝯtemplantiũ Illi q̇ vident p̄ter statũ vidẽt ꝑ speculũ in lumine. Et faciũt q̃ttuor grad⁹ Primus est visio ꝓphetaꝝ. Secũdus moisi facie ad faciem. de quo d̃r ꝙ loquebaꝛ ei deus. nõ sicut in ꝓphetis sed ore ad os. sicut loquiꝛ amicus amico. Terti⁹ est visio Joãnis in pectore. de quo d̃t Aug⁹. Transcẽdit oẽm nebulã qua oĩs terra tegiꝛ. ⁊ ꝑuenit ad limpiduꝫ celũ. scꝫ deitatis claritatẽ. Itẽ Aug⁹. Deitatis potentiaꝫ limpidius ꝯtẽplans ceteris. cũ dñ̃o ad celũ volans celestis sapiẽ haustũ de dominici pectoris fonte limpidius ceteris potauit. qd̃ intelligiꝛ respectu euãgelistaꝝ alioꝝ. Quart⁹ gradus est visio vite ade in statu innocentie. que fuit intellect⁹ existẽs sine om̃i enigmate ⁊ sine impedimento. nõ tm̃ culpe sed pene. ⁊ ꝑ potẽtiã aĩe existẽtis in corpore quodãmodo ⁊ sine om̃i fomite. ⁊ ita nature nõ deteriorate ꝑ peccatũ Et ideo est vltima in genere illo. Illi q̇ vidẽt supra modũ vite videns sine speculo in lumine. Et faciunt tres gradus. In primo est cognitio ade in sopore. de quo intelligiꝛ illud Geñ. Immisit dñ̃s soporẽ in adã. Glo. extasis illa ad hoc im̃issa est vt mens ade intrãs in sanctuariũ dei nouissima intelligeret ꝑticeps angelice curie. Scd̃s gradus est raptus. sicut Pauli ⁊ Joan. in apocal'. viderũt De visione pauli d̃r in glo. ad chorĩn. ꝙ apl's vidit deũ in illa vita qua vidẽd⁹ est in eternũ. Et itẽ ꝙ vidit sicut illi de tertia hierarchia ⁊ sine medio De visione ioãnis in ꝓlogo suꝑ Apoca. Intellectualis visio est qñ spũ scõ intimãte aliq̇s ꝯcepit aliqd̃ mysticũ. sicut Joã. in hoc libro fecit. nam nõ realiter ista vidit. sed diuino sufflamine inspirãte com

Qualis diuersitas

Gradus q̇nqꝫ

Grad⁹ q̃ttuor

Gradus tres

ctabilior ē cōmansio. sed in corpe beatissime vginis ꝛ in anima sua
maxima pax fuit ad inuicēꝫ. qꝛ spūs aduersus carnē non ꝯcupiuit
nec ecōuerso. igiꝰ ꝛ delectabilior cōmansio. igiꝰ ꝛ maxim⁹ in sepatōe
Cōtra p. dolor. ¶ In ꝯtrarium est quod legiꝰ in prologo sup ioannem de io
anne ꝙ facta oratōe positus est ad patres suos tā extraneus a dolo
re mortis q̄ꝫ a corruptōe carnis. Sed improportionabilꝛ beata vir
go aliena fuit a corruptōne carnis. igiꝰ improportionabiliter plus
2 debuit esse aliena a dolore mortis. ¶ Itē Damasce. Sed ꝛ ipa beata
beataꝝ que sup naturā dn̄ationū exaltata est. dolores quos effugit
patiēs hos in xp̄i passionis tempore sustiuuit. a maternali cōpassi/
one viscerū laceratōem tolerans. ꝛ quem deum cognouit p natiui/
tatē hunc vt maleficum vidit interfectum hinc ipsa gladio cogita/
tōnis lacerata. ꝛ hoc est tuam ipsius aīam pertransibit gladius Lu
ce .ij. Ex hac autoritate infertur vbi dꝛ. nō indicabit deus inidipsūꝫ
E bis ꝙ ille dolor reputatur ei gladius. igitur sicut post gladium non
est dolor. ita nec post istum gladium debuit sustinere dolorē mortis
3. ¶ Itē ille gladius reputaꝰ ei p eq̄pollentiā p martyrio. sꝫ post mar/
4. tyriū nō ē dolor mortis. igiꝰ neqꝫ post hūc gladiū q̄ eq̄pollet ei ¶ Itē
5 rōne huius doloris debeꝰ ei aureola martyꝝ. igiꝰ post hūc nō ē dolor
mortis. ¶ Itē moyses ppter abstractōnem spūs fm actum a viribꝫ

inferioribus nō sensit defectū sitis ꝛ famis.xl.dieb9.ꝛ.xl.noctib9.similiter et helyas.ḡ si dilectatio spūs talis ꝛ tāta taliter ꝛ tātū abstraxit hic sensum passionis.ꝛ tātū ꝛ tādiu interrupit.ḡ maior magis abstrahit ꝛ magis interrūpit.ꝛ improportionabil'r maior improportionabiliter magis abstrahit ꝛ interrūpit. Sed improportionabil'r abstrahi a corpore sup illud abstrahi qđ est ƀm actū.ꝛ istud abstrahi qđ est ƀm substātiā.ꝛ improportionabil'r interrūpi qđ est sp.est sup illud interrūpi qđ est ad tempus. ergo improportionabil'r delectatio maior p̄t abstrahere aīam a corpore ƀm substantiaꝫ ꝛ excludere oēm penā.ḡ btīssima ꝟgo mortua fuit pre amore sine dolore. ¶ Iteꝫ 6
Paulus nesciuit in raptu vtꝝ in corpore vel extra corp9.ij.Choꝝ. ergo intensior raptus aīam ƀm substātiā abstrahere p̄t.¶ Itē maiores motus impediūt minores.ꝛ natura inclinat ad carnē ꝛ ad corpus.sed charitas inclinat a corpore ad xp̄m.iuxta illud.Cupio iaꝫ dissolui ꝛ eē cū xp̄o.ergo tātū p̄t intēdi inclinatio sursum ꝙ separat et abstrahit ab inclinatōe deorsum.ḡ charitas tātū p̄t sursum trahere ꝙ aīa separet a corpore.ꝛ sic morieꝛ pre amore.¶ Itē duoꝝ dolorū 7 8
maior est medicina minoris.sed aīa ƀm charitatē dolet esse separata a deo.ƀm naturā ꝟo dolet diuidi a corpore.ḡ ille tantū p̄t intendi ꝙ istū nō ꝯtingit sentiri.ḡ p̄t mori sine dolore.¶ Itē q̇cq̇d aptū natuꝫ est inducere languorē si ꝯtinueꝛ ꝛ intendaꝛ p̄t inducere mortem.sed amor p̄t inducere lāguorē.ḡ ꝛ mortē.Minor pꝫ Cant.ij.q꞉ amore langueo.Glo.pre amoris magnitudine oīa tēporalia fastidio 9
¶ Ex his pꝫ ꝙ btīssima ꝟgo pre amore ꝛ sine dolore mortua fuit. Maria euolauit statim ad ad celum

¶ Itē ꝙ statim euolauerit disputabile nō ē.q꞉ nihil purgabilis habuit

¶ De assumptōe Marie

Ur̃. Postea.si statim in aīa ꝛ corpe assumpta fuerit¶ Et videꝛ ꝙ nō.p̄mo p sermoneꝫ Hieronymi.Cogitis me o paula. vbi d'.multi nostrū dubitāt.¶ Itē Aug9.de eius assumptōe sententia hec est.vt siue in corpe siue extra corpus nescio deus scit ¶ Item Hierony.Humanū iudiciū nō apponat manifestū qđ deus voluit esse occultū.¶ Itē.q̇cq̇d nō separaꝛ a culpa neca pena.sꝫ oēs in adā peccauerūt.ergo oēs in suo peccato vel p suo peccato puniri debent. sed ei imponiꝛ pena Gen.iij.Puluis es ꝛ in puluerē reuerteris ꝛc. ergo oēs in pctō nati corpaliter debent incinerari Rō p̄ma 2 3 4

¶ Contra Grego.in collecta.Nec mortis nexib9 deprimi potuit q̄ dn̄m nostrū Iesum xp̄m de se genuit incarnatū. Modo quero q̇d appellaꝛ nexus mortis.vel est bonū vel est malū.nō bonū.q꞉ oīs boni capax fuit.¶ Itē bonū nō deprimit sed eleuat.ergo nexus nō nominat ibi aliq̇d boni.Si aūt est malū.aut est malū culpe.aut malū pene.nō culpe.q꞉ mors nō est nexus ad culpā.q꞉ post morteꝫ non est Cōtra p̄mo

status culpe sz pene. Itẽ nihil dictũ essz q̄ post mortẽ nõ possz pecca
re. qz essz mater dei. cũ post mortẽ nullus peccet. Si aũt est malũ pe
ne. quero quã penam importat nõ iehẽne. qz ad illã nõ necrit mors
qz multi moriũtur qui nõ vadũt ad iehẽnã. eadẽ rõne nec ad purga
toriũ. qz mlti moriũtur qui nõ vadũt ad purgatoriũ. nec etiã pt di
cere penã tẽporalẽ. qz ad illã nõ nectit mors sed absoluit ab illa. Itẽ
nõ pt dicere penã mortis. qz beatissima v̄go vere mortua fuit. ergo
relinq̇tur q̄ non pt p̄care nisi incineratõem. ergo erit sensus. nõ potu
it nexib⁹ mortis deprimi. id est nõ potuit incinerari. Et nisi statim re
surrexisset fuisset incinerata vt alia corpa. ergo vere surrexit. Itẽ q̄
nõ fuerit incinerata intelligit̄ manifeste in figura de archa federis do
mini p quã significabat̄ maria. q̄ quidẽ archa ɔstructa fuit de lignis
sechim. quorũ natura talis ẽ q̄ nunq̄ a vermib⁹ rodũtur nec pforã-
tur. nec in aquis submersa vnq̄ putrescũt. sicut solẽt alia ligna face
re. ergo sine om̄i putrefactõe surrexit. Hoc idem etiã z clara luce p̄
uidens. p̄s. clamat cũ audacia. Surge dñe in requiem tuã. Et sta
tim subinfert. Tu z archa sanctificatõis tue. q̄ manifeste dicta cre-
dũtur z in figura de maria. cuius corpus fuit archa corpis xp̄i. sz ce
lum nulla figura sed solũ rei veritas possidet. ¶ Itẽ aug⁹. Maria
2 quadã spẽali p̄rogatiua honorat̄ a filio possidẽs in ip̄o corp⁹ qd̄ ge
nuit. quare nõ z corpus p qd̄ genuit. nisi obuiauerit autoritas nõ-
duz ꝑspecta. credo videre qd̄ z p qd̄ genuit. ¶ Itẽ idem in eodem
3 Thronũ dei thalamũ dñi celi tabernaculũ christi decet ibi esse vbi est
4 xp̄s. tantu em̄ thezaurũ dignius est seruare celũ q̄z terra. ¶ Itẽ Au
gustin⁹ in eodẽ. Letare maria letitia inenarrabili in aĩa z corpore. z
infra. Viuat ḡ integralr̄ q̄ omniũ genuit integritatẽ. ¶ Itẽ Diony
5 sius de diui. no. Quoniã apud ip̄os deo acceptos nostros ierothee
quoniã nos vt nosci z ip̄e multi nostroꝝ sanctoꝝ fratrũ ɔuenimus
ad visionẽ corporis vite p̄ncipis. z que deũ suscepit aderat z frater
dñi Jacob⁹ z Petrus summa z pucctissima theologoꝝ summitas
Sup hũc locũ glosa Maximi vult q̄ in dormitõe nostre dñe fue-
runt apostoli z beatus Dionysius z magister su⁹ Jerotheus. z post
assumptõem corporis fecerũt collatõem. z Jerotheus raptus fuit.
Et sic videt̄ approbare iste textus dionysij cuz suis glosis illud qd̄
6 inuenit̄ de assumptõe beate marie v̄ginis corporali. ¶ Itẽ Bernar.
Nõ decuit vt carnẽ matris sine honore in terra relinqueret qui ho
7 norẽ parentũ sub p̄cepti discretõe posuit. ¶ Itẽ Bernar. Si aĩa par
uuli nõdũ nati liquefacta est vt maria locuta est. q̇d putas q̄ naz il-
la fuerit exultatio celestiũ ciuiũ q̄ vocẽ audire z faciẽ videre z beata
8 eius p̄sentia frui meruerũt. ¶ Itẽ Bern̄. Nõ in mũdo dignior locus
virginali vtero in quo dei filiũ Maria suscepit. nec in celo regali so-

lio in quo mariaꝫ marie filius sublimauit. ¶ Itē Bern̄. Tempus 9
est loquēdi om̄i carni. cū assumit incarnati ꝟbi mater. nec cessare dꝫ
a laudibꝫ humana mortalitas. dū sola nostra mortalis natura sup
imortales spūs exaltat in ꝟgine maria. ¶ Itē Augꝰ. Tantā merito 10
integritatē incorruptibilitatis nō seq̄tur vlla resolutio putredinis.
¶ Itē Augꝰ. Qui in vita illā pre ceteris honorauit gratia sui ꝯcep 11
tus. pium est credere in morte eā ꝑ ceteris honorasse ¶ Itē si merito 12
viuēs pre oībꝫ dotata est grā. cur mortua nō erit honorāda. ¶ Idē 13
in eodem. Quid estimādū est de matre dei vbi digna sit haberi nisi
in p̄sentia filij. ¶ Itē quecūqꝫ sunt eiusdē nature eūdē locū occupāt. 14.
si ergo mater ⁊ filius sunt eiusdē nature. necesse est vt sit cū filio ma
ter. ¶ Itē huic assertioni q̄s diceret ꝙ bene possꝫ esse opinio ⁊ nō ma 15
nifesta veritas. ¶ Contra dt̄ Bern̄. Sic q̄libet sensu suo abūdat Contra.
vbi vel certe ratōni vel manifeste autoritati non obuiat qd̄ sentitur 1.
Itē ad idē. Querēdū est rōni q̄d ꝯsentiat veritati fiatqꝫ ipa veritas .2
autoritas sine qua nec est nec valet autoritas. si ergo voluit serua-
re matrē integrā cū virginitatis pudore. cur nō velit seruare incor-
ruptā a putredinis fetore ¶ Itē Bern̄. Si vera sunt que scripsi grā 3.
tias tibi ago iesu christe. qꝛ de sancta virgine matre tua nihil nisi qd̄
piū ⁊ dignū est sentire potui. Ecce testimonio ipius pape Gregorij
et duoꝝ epoꝝ Augustini ⁊ Dionysij vniꝰ abbatis Bernardi. imo
ipoꝝ aploꝝ Petri ⁊ Jacobi ꝓbatū est beataꝫ ꝟginē in corpore ⁊ aīa
gloriosissime eē assumptā. qd̄ ⁊ rōnibꝫ ꝑspicuū est In pctō em̄ duo
sunt. Auersio em̄ a bono incōmutabili. ⁊ ꝯuersio ad bonū ꝯmutabi
le. Istis rn̄dent duo in pena. qꝛ aīa auertit se a sua vita īcidit necita-
tē auersionis a corpore. cuius aīa est vita. ex ꝯuersione ad nihilum
incidit necessitatē redeūdi in quasi nihilū. i. in puluerē. sed beatissi-
ma ꝟgo auersa fuit ꝑ originale vnde debuit mori. sed nūq̄ꝫ fuit con
uersa actualiter ad aliqd̄ nihilū. ergo nō debuit incinerari. ¶ Itē An
selmus. Ad om̄e ꝯueniēs deo cui maior rō nō repugnat seq̄tur ne 4
cessariū. istud ē tale. ḡ istud necessariū. ¶ Itē a nullo illustriū vincit 5
sed dt̄ euāgeliū Math. xxvij. multa corpa sctōꝝ surrexerūt cū eo ⁊c̄
ergo ⁊ ipa hoc accepit. ¶ Itē Dionysius dt̄. oēs ꝓprietates inferio-
rū hn̄t superiores cū excellentia. ergo cū illud datū est sanctis infe- 6
rioribꝫ vt dt̄ euāgeliū. ḡ ⁊ summe oīm in patria. ¶ Itē eccl'ie argumē 7
tū est illud. ioānes sanctificatꝰ est in vtero. ḡ ⁊ beata ꝟgo. sꝫ eccl'ia
ꝯclusionē ꝯcedit ⁊ celebrat eiꝰ natiuitatē. ḡ hoc modo arguo a sili.
multa corpora sanctoꝝ surrexerūt. ḡ ⁊ beatissime ꝟginis corꝰ surre
xit. His rōibꝫ ⁊ autoritatibꝫ ⁊ multis alijs manifestū est assumptā
eā esse in corpore ⁊ aīa. ⁊ hoc modis oībꝫ credimus eē verū Satꝫ ḡ
pꝫ. qualr̄ beatissima ꝟgo habuit grās spēales circūstantes mortem

Ad obiecta. ¶ Ad illud aūt qđ obiectū est de eius morte credim⁹ q mortua est pre amore sine dolore Et nō est etiā eadē rō de morte dn̄i. qr cū illa debuit esse satisfactoria in summo ꝯueniebat ꝛ oportebat q essꝫ penalis in summo ꝛ etiā voluntaria in summo. Vn̄ fuit spū ꝑmittente carni ip̄ropria. vn̄ ibi simul in summo mot⁹ fuit naturalis ꝛ rōnalis. vn̄ summū gaudiū ꝛ summ⁹ dolor ꝛ vnū fuit materia alterius. qr summe gaudebat q ꝑ summū dolorē humanū genus redimebat hic aūt scꝫ in maria motus rōnalis grā informatus motū naturalē sopiebat ꝛ vincebat. ita vt cū in potentia esset ꝛ charitas vulnerata in summo ꝛ in summo sursum trahebat ꝛ vinculū impediens scꝫ alligantiā corporis dissoluebat

Ad autorita. Quattuor sꝫ gn̄a supponi. ¶ Ad autoritates q̄ opposite sꝫ ad carnalē assumptōnē ꝟginis marie r̄ndem⁹ q quattuor sunt genera supponibiliū. Primū est qđ ex sacra scriptura ita exp̄sse est determinatū q nec dubitatio nec opinio ꝑt circa ꝯtrariū. de hoc dt Dam̄. Oīa q̄ tradita sunt ꝑ legē. ꝑ ꝓphetas. ꝑ ap̄los. ꝛ euāgelistas suscipim⁹ ꝛ veneramur ꝛ cognoscimus nihil vltra req̄rentes.

2. ¶ Alter gen⁹ ꝑ oppositū ad hoc qđ est oīno incertū ꝛ q̄ꝫtū ad sententiā ꝛ autoritatē. ꝛ hoc est simplr̄ apocrifum. vel est incertū q̄ꝫtū ad autoritatē. sed nō q̄ꝫtū ad sententiaꝫ. ꝛ hꝫ est apocrifum ꝺm qd. ꝛ illud ponit̄ dubiū. Inter hec duo sunt media.

3 ¶ Tertiū ḡ ꝛ ꝑmū mediū est. qn̄ aliq̄d nō est determinatū ex scriputra nec ꝑ rōnē necariā ꝑt ꝓbari. nec etiā ꝑt euidētia sumi. sed ex ꝯsequētijs scripturaꝝ ꝛ apparentijs rōnū ꝑt ꝛ ip̄m ꝛ suū oppositū eq̄lr̄ videri ꝛ ꝑsuaderi. ꝛ hꝫ ꝓꝑt vocari opiabile. vt sꝫ q̄dā opiniones sctoꝝ. vt est illa Vtꝝ oīa simul sint creata. ꝛ illa. vtꝝ angeli sꝫ in gratuitis creati. ꝛ silia.

4 ¶ Quartū gen⁹ ꝛ scdm̄ mediū est. qđ q̄dē in scriptura biblie nō est exp̄sse determinatū nec ex euidētia sui manifestū. tn̄ ex ꝯsequētia scripture ꝛ apparētia rōnū ita est ꝓbabile q nulla scriptura nulla rō hꝫ aliud opponere in ꝯtrariū. ꝛ illud ē pie credendū.

Nota Vn̄ ꝑmū est exp̄sse determinatū. scdm̄ ē pie credēdū. tertium opinatū. quartū apocrifum. Hierony. ḡ q̄ fuit interpres biblie loq̄tur vt interpres nihil volēs interserere nisi qđ ꝑ bibliā est exp̄ssum. Aug⁹. aūt vt expositor ꝛ inuestigator nō tm̄ ponit vel supponit ea q̄ sunt ꝑncipia scie. sed ea q̄ necario ꝯsequūtur nulla rōne vel autoritate repugnante. Et sic manifestū est qualiter beatissima ꝟgo habuit grās omniū ꝯmunes ꝛ speciales

Questio. xxv. est de suis priuilegiatis gratijs. q̄s ip̄a sola ꝛ nulla alia creatura possidet.

Querit̄ ḡ ꝑmo de hoc ꝑuilegio qđ est peccati immunitas. vtꝝ hoc fuerit ꝑuilegiū imperatricis. ¶ Et videt̄ primo q nō

Rō ꝑma.

ij. Joh.ij. Si dixerimus q2 pctm̄ nō habemus nosipos seducimus Itē Ecc. neq3 infans vnius diei est sine pctō sup terrā. Itē iob. stel le nō st3 mūde in ɔspectu eius Itē apl's ad Ro.iij. Oēs peccauerunt Et Lu.vij. Quis ḡ plus eū diligit. Cui rn̄dit. Estimo q' is cui pl9 donauit. Sed btissima ṽgo plus oīb9 dilexit. ḡ ipsi plus donauit. ḡ et ipa peccauit. ¶ Itē Ro.viij. Om̄ia cooperantur in bonū his q̄ ɓm ꝑpositū vocati sunt sancti. Glo. etiā peccata. sed om̄ia q̄ coopērātur in bonū habuit beata ṽgo. ergo pctā habuit. Itē glo. ibidē. sine q̄b9 nō viuit. Itē glo. impossibile est quēcūq3 sctm̄ aliqn̄ nō cadere Ite3 ꝓma ioh.ꝓ. Sanguis filij eius emūdauit nos ab om̄i pctō. Glo. tn̄ nos nō debemus putare q̄3 diu viuimus omino posse a pctō mū dari. Itē ioh.ij. Quid mihi ⁊ tibi est mulier. Sup hoc dt̄ Chry/sostom9. q' aliq̄d humani passa fuit. quasi ꝑpter vanitatem voluit christū miraculū facere. Itē Proueb.ij. Quis pt̄ dicere mūdum est cor meū. itē Ecci. Nō est iustus q̄ faciat bonū ⁊ nō peccet. Prouerb. xxiiij. Septies in die cadit iustus. ¶ Itē q' nō sit ipius ꝓuilegium 3. videtur. q2 nō ɔuenit ei soli. q2 multi angeloꝝ nūq̄3 peccauerūt Etiā aliq̄s infans statim baptizatus euolat si morit̄. ergo ille nūq̄3 pecca uit actualiter. Itē iob.xv. neq3 eīm̄ reph̄endit me cor meū in om̄i vi ta mea. ¶ Contra Aug9. dt̄ de q̄ ꝑpter honorē filij cū de peccatis Cōtra ꝓmo agit̄ nullā volo fieri mentionem. Itē idē. Ego puto q' copiosior ⁊c. Itē vt supra de sanctificatōe in vtero Itē peccatū veniale nō habuit ergo ⁊c. q2 vbi aliq̄d de pctō veniali. ibi aliq̄d vacuū de gratia. s3 ipa plena gratia fuit. ḡ nihil de pctō fuit in ipa ¶ Itē Aug9. inde scimus 2. q' plus ei gratie collatū sit ad vincendū ex om̄i parte pctm̄. quoni/am ɔcipere ⁊ parere meruit quē constat nullū habuisse pctm̄. ¶ Itē 3. necessitas peccandi relinquetur in exercitiū coꝝ qui cadere possunt. sed ipa cadere nō potuit. ergo illud exercitiū habere nō debuit. ¶ Itē Ansel. Ea puritate beata virgo nitebat qua sub deo maior nequit 4 intelligi. sed maior potest intelligi si peccauit. ergo non peccauit. q̄d per om̄ia verum esse credimus. ¶ Et ad autoritates in ɔtrarium ad ductas respondemus. q' om̄es ille de peccatorum iure loquātur via Ad autorita/ torum hominū. illud aūt beatissime virginis est proprium ⁊ specia/ tes dōm le ꝓuilegiū respectu oīm viatorū ⁊ spēale derogat generali. Q̄d aūt Chryß. dt̄ q' aliq̄d humani passa fuit. hoc est verū. q2 vt hō hoīb9 cō passa fuit. Sed q' aliquid vani passa fuit ꝑ om̄ia falsum est. ⁊ con/tra Augustinum.

Nr̄. Secūdo de ꝓuilegio q̄d est peccandi impossibilitas. vtru3 . sc3 beatissima virgo potuerit peccare ¶ Et videt̄ q' sic. quia Rō ꝓma ipa potuit mori. ergo potuit peccare ¶ Itē Aug9. dt̄ q' Adam mori 2 potuit. q2 peccare potuit. ⁊ q' nō potuit reduci in actum potētia mo

3 riendi nisi prius reduceret in actū potentia peccādi. ſ3 beatiſſima ỽgo potuit mori. ergo potuit peccare. ¶ Itē Aug⁹. querit quare deus nō fecerit hoīes ꝙ peccare non poſſent. Et rn̄det ꝙ illud glorioſius fuit omībꝫ creaturis. ḡ illud debuit ꝯuenire omībꝫ ⁊ beatiſſime virgini.
4 que glorioſior omībꝫ creaturis fuit. ¶ Itē in laudē alioꝝ ſanctoꝝ cantatur. Qui potuit tranſgredi ⁊ nō eſt tranſgreſſus. ergo ⁊ illud ꝯuenit illi que eſt oīm laude digniſſima ¶ Itē ſi peccare nō potuit h̄
5 non tm̄ fuit ꝓpter fomitis extinctōem. qꝛ angeli nūq̄ fomitē habuerūt. ⁊ tn̄ peccauerūt. ⁊ ꝓpter excellentiā grē nō peccare nō potuit. qꝛ angeli fuerūt in gloria ⁊ tn̄ peccauerūt. ¶ Itē Damaſ. Oīe creabile
6 eſt vertibile ſm̄ eſſe ⁊ ſm̄ electōem. ſm̄ eſſe. vt corporalia. ſm̄ electionem. vt rōnalia. ſed beatiſſima ỽgo fuit ab vtroq̄ ꝯpoſita. ergo fuit vertibilis vtroq̄ mō. ¶ Itē glorioſius habetur qđ habetur cū victo-
7 ria q̄ qđ habet̄ ſine victoria. ſ3 vbi nulla eſt pugna nulla eſt victoria. ſed in beatiſſima ỽgine maxima fuit gloria ſumma. ergo ⁊ victo-
8 ria ⁊ pugna. ergo ⁊ potuit peccare. ¶ Itē excellentior fuit ſtatus in-
9 nocentie q̄ iſte. ⁊ tn̄ adam ⁊ eua potuerūt peccare. ¶ Itē ij. ſniarum

Stat⁹ q̄ttuor liberi arbitrij

diſt. xxv. vltimo caplo d̄r ꝙ quattuor ſunt ſtatus liberi arbitrij Primus poſſe peccare. ⁊ poſſe nō peccare. Hic ſtatus innocentie eſt. Secūdus poſſe peccare. ⁊ nō poſſe nō peccare dānabil'r hic ante tēpus gratie. Tertius eſt poſſe peccare ⁊ poſſe nō peccare dānabiliter ſaltē hic in tempore gratie. Quartus eſt nō poſſe peccare. ⁊ hic in tēpore

Contra p.

glorie. ¶ Contra. Qđ meliori ⁊ nobiliori ſimilat̄ hoc eſt melius nobilius ⁊ honorabilius. ſed hoc eſt non poſſe peccare. ergo hoc eſt melius nobilius ⁊ honorabilius. ſed btā virgo ſcđm locū habuit
2 poſt deum. ḡ nō potuit peccare. ¶ Itē Aug⁹. Concedimus q̄dē naturam oīno meliorē que oīno peccare nollet. concedimus ⁊ ipſi talem non eſſe malā que talis facta eſt vt poſſet nō peccare ſi vellet
3 ¶ Itē fruſtra eſſ3 potentia que nūq̄ reduceretur ad actū. ſed ipa nūq̄ fuit peccatrix. ergo fruſtra fuiſſet in ea potentia peccandi. ¶ Itē
4 phus d̄t. ꝙ potentia eſt ꝑncipium tranſmutandi alterū. ſed beatiſſima virgo nullū habuit ꝑncipiū tranſmutandi in peccatum. ḡ nullam potentiā peccandi. ¶ Itē loquēdo ex parte rei potentia ſm̄ ꝙ eſt
5 in predicamento qualitatis. qꝛ eſt qualitas diſponens ad actionē vel paſſionē. ſed nulla talis qualitas fuit in beata virgine ad peccādū. ergo nō fuit in ipa potentia peccādi ¶ Itē cuicūq̄ incōueniens
6 eſt ineſſe actū eidem incōueniens eſt ineſſe potētiā. ſed beatiſſime virgini incōueniens eſt ineſſe actum peccandi. ergo ⁊ potentiā. ¶ Itē inter nō poſſe peccare ⁊ nō poſſe mereri ⁊ inter poſſe peccare ⁊ poſſe
7 mereri mediū eſt nō poſſe peccare ⁊ poſſe mereri. ſed primum pertinet ad ſtatum ꝯprehenſorum ſimpliciter. ſecūdum ad ſtatū viatoꝝ.

simpliciter. ergo mediũ ptinet ad statũ mediũ. sed ille est beatissime virginis q̃ est simpl'r viatrix ꝛ ẜm q̃d ꝯprehendens. ĝ ipa non habuit potẽtiã peccãdi. ¶ Qđ dicimus esse verum distinguendo tñ ꝙ nõ posse peccare quattuor modis dr̃. Primo nõ posse peccare p se se ꝯquit naturã ĩmutabilẽ. ꝛ hoc mõ dr̃ deus trinitas non posse peccare. Secũdo modo dr̃ nõ posse peccare qđ habet ꝯiũctionẽ vel ꝯuersionem ad naturam inuertibilẽ per mediũ qđ ẽ de sui natura inseparabile. vt habitus glorie. ꝛ hoc modo dicũtur sancti ꝛ angeli nõ posse peccare. Tertio mõ dr̃ nõ posse peccare qđ habet ꝯiũctõem ad naturam inuertibilem per mediũ qđ p sui naturã ꝛ in se q̃dẽ est separabile. sed nõ est separatũ defendendo se semp a ꝯtrario resistente semp impugnãte vel impediente. ꝛ licet nõ summe ꝛ ꝓpter hoc ꝛ quo ad quid aliquando separabile. tamen in his sine quib' ad vitam non ꝯuenitur semp inseparabile. vt dr̃ Grego. sup Job. Et hoc mõ sancti patres nõ potuerunt peccare. Quarto modo dr̃. nõ posse peccare qđ habet ꝯiũctionem ad naturam inuertibilem p mediũ. qđ ẜm naturam sui ꝛ in se q̃dem est separabile. vt dictũ est. sed oĩno nõ est separatum ab aliquo ꝯtrario repugnãte vel resistente vel impediente Et preterea in summo in tali subiecto est inseparabile. vt est plenitudo gratie in beatissima virgine. ¶ Et hoc modo dr̃ beatissima virgo non posse peccare. Oĩes ergo autoritates ꝛ rõnes que videtur probare ꝙ peccare potuerit loquũtur de potentia ẜm ꝙ opponit ad non posse pmo mõ vel secũdo mõ vel tertio mõ sumptuꝫ. Patꝫ ergo ꝙ tale nõ posse peccare ꝯiunctum cũ posse mereri est ꝓpriũ priuilegiuꝫ beate virginis.

Solo Nõ posse peccare dr̃ quattuor modis.

Ad autoritates ꝛ rõnes.

Vtrum habuerit ꝓ priuilegio ꝙ quolibet motu mereretur.

VI. Secũdo. vtꝝ habuerit ꝓ priuilegio ꝙ quolibet motu merebatur ¶ Et videt ꝙ nõ. gratia eñ est pncipiũ merẽdi nõ natura. sed ꝯstat ꝙ aliqñ mouebat motu naturali. ĝ nõ quolibet motu merebat. ¶ Item si diceret ꝙ simul moueret gratia ꝛ natura. hoc videt nõ posse ee. q2 si sic. eẽt vnus motus meritorius ꝛ nõ meritorius. si aũt duo sunt nõ eẽt vterqꝫ meritorius. ĝ altero eoꝝ nõ meretur. ¶ Itẽ cognitiua ordinata est ad operatiuã ꝛ sciẽtia ad operationem. sꝫ cognitiua nõ fuit pfecta respectu omniũ vt sciret oĩa. ergo nec operatiua erit pfecta respectu oĩm vt quolibet motu mereretur. ¶ Itẽ seqret ꝙ dñs iesus xps nõ excelleret ipaꝫ in operãdo si ipa q̃libet motu mereret sicut ipe. ĝ nõ quolibet motu merebat ¶ Cõtra ad Colocẽ. iij. Oĩe qđcũqꝫ facitis in ỽbo vel ope oĩa in noĩe dñi nostri iesu xpi faciatis. Itẽ. p. Chor. x. siue mãducatis siue bibitis vel aliud q̃d facitis. oĩa in gloriã dei facite. mõ aũt hoc aliqs impleret aut nullus. si nullus. ĝ frustra pcipit vel ꝯsulit vel mouet. si aliqs. ergo beatissima virgo. ergo quicq̃d fecit merebatur ¶ Itẽ oĩa sunt in

Rõ prima.
2
3
4
Cõtra ꝓ.

se referibilia. ergo si nõ referũtur hoc est ꝓpter defectũ subiecti. si er/
go subiectũ nõ refert hoc est qꝛ nõ vult. vel qꝛ nõ pt̃. si nõ vult. ergo
peccat. vel ad minus est impfectũ in bonitate quã posset habere. Si
aũt nõ pt̃ hoc nõ est nisi qꝛ hꝫ ꝯtrariũ in se qd̃ necessario aliqñ incli
nat ad ꝯtrariũ. vt fomes ad veniale. sed illud nõ fuit in beatissima
.3 virgine. ergo potuit oĩa referre. ¶ Itẽ sapiens nõ fecit aliquid sine
sapiẽtia ⁊ sine causa. ergo prudẽtissima virgo fecit oĩa ꝓpter pri
4 mã cãm. ¶ Itẽ quolibet motu mereri est q̃ddã bonũ. aut ẽ ꝯmunica
bile alteri creature. aut nõ. Si est ꝯmunicabile. ẽ summa bonitas.
scꝫ deus ꝯmunicat alicui. ẽ btissime ỽgini. si aũt nõ est ꝯmunicabi/
le. tũc nõ videt̃ ꝙ de quolibet ope ꝯtingat dicere ꝙ per hoc est mereri
vbi nulla est necitas peccãdi venialr̃. hoc aũt fuit in btissima ỽgine
5 ẽ ipa potuit quolibet motu mereri. ¶ Itẽ vbicũqꝫ nõ pt̃ in discernen/
do rõ errare ⁊ volũtas nõ pt̃ eligere malũ. ibi sp̃ eligit̃ optimũ ⁊ vl/
timũ. sꝫ vtrũqꝫ hoꝝ fuit in btissima ỽgine. igit̃ oĩa fecit ꝓpter opti
6 mũ. ẽ in quolibet ope merebat̃ ¶ Itẽ sicut se hꝫ aĩa ad corpus ita ad
aĩam charitas. ẽ sicut elicit aĩa oẽs opatões a corpe. ita charitas
vbi plene hꝫ ẽẽ forme ibi elicit oẽs opatões ab aĩa. ⁊ sic quolibet mo
tu merebat̃. hoc aũt fuit in btissima ỽgine. igit̃ quolibet motu mere
7 bat̃. ¶ Itẽ ph̃s. intellect⁹ sp̃ rectus est nisi qñ se imiscet fantasijs ⁊ de/
ducit̃ ab illis. sed intellectus beatissime virginis nunq̃ꝫ se imiscuit
fantasijs vt deduceret̃ ab illis. igit̃ sp̃ rectus fuit. sed rectũ est cuius
mediũ nõ exijt ab extremis. igit̃ semp̃ fuit erectus in summũ bonũ
ergo semp̃ merebatur

Rõ pma. Dr̃. Tertio. vtrũ qualibet passione merebat̃. ¶ Et videt̃ ꝙ nõ
.2 ph̃s dt̃ ꝙ passionibꝰ nõ meremur. ¶ Itẽ nullũ necariũ non
.3 volũtariũ est meritoriũ. ẽ passionibꝰ nõ meremur. ¶ Itẽ a parẽtibꝰ
Contra. ꝯtraximus passiones. ẽ nõ sunt meritorie. ¶ Cõtra. passio latronis
fuit necaria. ⁊ tñ meritoria. Ad Thi. ij. si sustinebim⁹ ⁊ ꝯregnabi/
mus ⁊c̃. etiã plurima. ¶ Ad h̃ dicim⁹. ꝙ beata ỽgo q̃libet motu li/
Solõ beri arbitrij ad agẽdũ vel patiẽdũ merebat̃. vñ nõ motibꝰ naturali/
bus inq̃ꝫtũ naturalibꝰ sꝫ rõnalibꝰ gr̃a informatis. vñ motibꝰ gratu
itis liberi arbitrij merebat̃. vbi etiã liberũ arbitriũ ⁊ gr̃a opat̃. Sꝫ li
beꝝ arbitriũ est vt iumẽtũ. gr̃a vt sessor ꝫm Ansel. vñ apl's. ij. Choꝝ.
ij. Nõ aũt ego sꝫ gr̃a dei opabat̃ mecũ. ⁊ sic merebat̃ mecũ. ⁊ sic me/
5 rebat̃ in quolibet motu quo ꝯtingit mereri. Nõ tñ in h̃ dño nostro
Maria nõ eq̃ iesu christo equabat̃ in operatõe q̃ operabat̃ naturalia ⁊ supnatura
bat̃ iesu opañ. lia ⁊ sine sui indigẽtia. ⁊ hoc sine ꝓportionabili charitate Passiõibꝰ
aũt inq̃ꝫtũ ab extrinsecis inferũtur vel necario ꝯtrahũtur nõ meret̃
q̃s. sꝫ inq̃ꝫtũ volũtas rõnalis informata gratia ad illarũ sufferẽtiaꝫ
libertate propria inclinatur. Ex his patent solutiones ad obiecta.

Nr̄. Quarto de hoc ꝙ ē puritas in summo. vtrū debeat assignari Primarō
. btissime ꝟgini ꝑ ꝓuilegio ¶ Et videt̄ ꝙ nō. qꝛ si intētio pu
ritatis ē recessus a ꝯtrario. vt sicut albiꝰ ē qđ nigro est impmixtiꝰ. ⁊
puriꝰ qđ ē impuro impmixtiꝰ Tūc q̄rit̄ qđ sit illđ impuꝝ ꝑ cuiꝰ imp Queritur
mixtōem fit puritas hec ī summo Et videt̄ ꝙ nō posset dici ꝓp̄e ali
ud impuꝝ nisi in corpalibꝫ opacū vel opaco mixtū. in spūalibꝫ pena
vel culpa. Si p̄mo mō tūc sol fuit purior beata ꝟgine. Si secundo
mō tūc in statu innocētie. ⁊ oēs aīe beate a corpibꝫ sepate ⁊ etiā ange
li q̄ fuerūt sine pena eandē puritatē habuerūt. Si ğ tertio mō. tunc
oēs sc̄ti patrie etiā eandē puritatē habuerūt. ⁊ etiā illi q̄ sunt in pur
gatorio q̄ oēs sꝫ sine culpa. ¶ Item si dicat̄ ꝙ hec puritas sit maior 2
post deū a recessu original'. qꝛ xp̄us habuit recessum ⁊ puritatē ab ori
gine talē ꝙ nūq̄ ⁊ nullo mō habuit originale. alij oēs baptizati ha
bēt puritatē ab originali ita ꝙ pctm̄ originale habuerūt ⁊ adhuc ali
quo mō hn̄t q̄ꝫtū ad penā fomitꝫ Sꝫ īter nullo mō habere nec habu
isse ⁊ īter hr̄e ⁊ habuisse qđammō mediū ē. s. qđammō habuisse ⁊ nō
hr̄e. ⁊ hec fuit puritas btissime ꝟginis īmediata post puritatē xp̄i.
Si sic dicat̄. ꝯtra ē ꝙ đt Anselmꝰ nō post xp̄m sꝫ post deū. Itē ſm h̄ Contra
angeli maiore puritate lucerēt. qꝛ pctm̄ originale nūq̄ habuerūt. vl' 3
ſm hoc etiā bruta ⁊ inaīata maiori puritate lucerent. qꝛ pctm̄ origi-
nale nec hn̄t nec habere pn̄t ¶ Itē si dicat̄ ꝙ intelligatur de hoībꝫ h̄ ad 4.
huc nō pt stare. qꝛ Adā in statu innocētie ſm hoc maiori nitebat pu
ritate. qꝛ tūc nullo mō habuit nec habuerat originale. ¶ Itē si puri- 5
tas đr recessus ab impuro. sꝫ magis recedit qđ recedit ⁊ q̄ꝫtū ad ac-
tū ⁊ q̄ꝫtum ad dispositōnem ⁊ adhuc plus qđ recedit q̄ꝫtū ad actū ⁊
q̄ꝫtū ad potētiā ⁊ dispositōem oīm hoꝝ. illud aūt purissimū ē inter
alia. Sꝫ tale puꝝ ē sol q̄ recedit ab īpuro ⁊ q̄ꝫtū ad actū ⁊ dispositio
nē ⁊ potētiā. ⁊ q̄cūq̄ mō dicat̄ impuꝝ siue dicat̄ vbi ē mixtio natu-
raꝝ ꝯtrariaꝝ opace. s. ⁊ luminose. siue vbi ē mixtio nature et pene si-
ue etiā scīe ⁊ ignorātie vel nescientię. nulla istaꝝ īpuritatū in sole ē. q̄
nec in se mixtꝰ nec alteri miscibil' ē ⁊ nō hꝫ culpā nec ignorātiā. ⁊ sic
purior esset btissima ꝟgine si puritas hec esset recessus ab īpuritate.
¶ Itē si forte dicet̄ ꝙ hec puritas đr ꝑ recessum ab īpuro vbi aptum 6
natū esset inesse impuꝝ. ſm h̄ in xp̄o vl' etiā deo nō ē maior puritas
q̄ in q̄uis hoīe. qꝛ vel in xp̄o vel in deo nō pt aliq̄ impuritas eē. Ex
his ğpꝫ ꝙ puritas nō đr ꝑ recessum ab īpuro tm̄ sꝫ etiā ꝑ approxi-
matōem ⁊ accessum ad summū purū. ğ ⁊c. ¶ Querit̄ ſm h̄ vtrū btissi Queritur.
ma ꝟgo niteret ſm statū illū ea puritate. s. q̄ sub deo maior nequit in
telligi ¶ Et videt̄ ꝙ nō. qꝛ etiā ipa post ī statu glīe nitebat maiori pu 1.
ritate ⁊ tn̄ sub deo. ¶ Itē oēs sc̄ti patrie in puritate sua plus videtur 2
appropinq̄re puritate patrie q̄ q̄cunq̄ puritas vie. illa eīn sufficit

ad hoc vt possint pmā lucē p speciē videre. hec āt nō ita. ḡ vgo btissi
ma nō nitebat summa sub deo puritate ¶ Itē si dicat q itelligit sm
3 statū vie adhuc nō videt q possit stare. q2 aia xpi q̄ creatura fuit in
statū vie maiori nitebat puritate q̄3 btissima vgo

¶ Cōtra pdicta obijcit in hūc modū. puritas vt videt seq̄tur naturā
Contra. luminis vel luminosi. vt qd plus ptici pat de natura lucis plus ha/
1 buit puritat3. vt summa lux vel summe luminosum summe sit luci
dū 7 pur. 7 vbi mag3 pprie 7 vere ē pprietas lucis. ibi magis pprie
et vere ē natura puritat3 7 pprietat3 Vn̄ cū lux sit corpalis 7 lux sit
spūalis vt dt Aug9. sup Gen. ad litterā mag3 ppe d2 lux spūalis q̄3
corpalis. lux erit 7 puritas corpalis 7 spūalis. s3 maior puritas cor
poral' est sm maiorē ɔueniētiā ad summā maiorē corpalē lucē. 7 sm
hoc aqua purior ē terra. aer aq̄. ignis aere. firmamētū q̄3 ignis. celū
aqueū q̄3 firmamētū. celū empyreū q̄3 aqueū. Et illud p3 ad sensum
Silr erit maior puritas spūalis sm maiorē ɔuenientiā ad summā
lucē spūalē que deus est. q̄ lux ē in tenebris in q̄ tenebre nō sunt vlle.
sm h3 igit purior ē aīa sensibil' q̄3 vegetatiua. rōnalis q̄3 sensibil'. rōna
lis angelica q̄3 rōnalis humana sm naturā. Scd'm gratiā aūt que ē
quasi lumē creatū pcedēs a luce increata. vbi maior ē pticipatio ibi
maior ad pmā lucē ppinquatio. ḡ vbi grā in summo ibi ppinq̄tio
in summo 7 puritas in summo. S3 in btissima vgine respectu oīm
aliaꝝ creaturaꝝ nō vnitaꝝ fuit grā in summo. ḡ appropinquatio in
2 summo ad pmā lucē. ḡ puritas in summo. ¶ Itē p. Thy. p. q chari
tas ē de corde puro. ḡ vbi caritas ī summo ibi puritas ī summo. s3 in
btissima vgine vt ostēsū3 ē sup̄ fuit caritas ī summo. ḡ puritas ī sum
3. mo ¶ Itē effect9 hierarchice actōis sunt purgare. illuminare 7 pfice/
re. s3 btissima vgo fuit summe illuminata 7 pfecta. ḡ in summo pur
4. gata ḡ ī summo pura ¶ Itē ad datōe3 doni supmi seq̄t collatio oīm
inferioꝝ. iuxta illd Qui pprio filio suo nō pepcit 7c. quomō nō cū
ipo nobis oīa donauit. s3 de9 btissime vgini summū donū donauit
cui9 pura creatura capax fuit. s. dei maternitatē. ḡ 7 summā puritatē
5 ¶ Itē Dionysi9 dt q supiores hn̄t pprietates inferioꝝ cū excellentia
vn̄ seraphin q̄ excellit charitate excellit oībꝫ donis inferiores oēs. ḡ
et btissima vgo cū excellit seraphin in charitate excellit etiā puritate
6. ¶ Itē cātat. Tu purificator oīm flagitioꝝ spūs. ḡ effect9 spūsctī est
purificatio. finis 7 effect9 purificatōis ē puritas S3 btissima vgo
sup oēm creaturā habuit spm̄sctm̄. iuxta illd Spūsctūs supueniet
in te Glo. qd nūq̄3 in aliquē venit. veniet in te. ḡ in summo fuit pura
7 ¶ Itē vginitas ē puritas cordis. fides ē vginitas mētis. s3 beatissi/
8 ma vgo vginitatē habuit in summo 7 etiam fidē. ergo 7 puritatē
habuit in summo ¶ Itē puritas est pars pulcritudinis. 7 pars pro/

porcionabilis nō debet esse minor suo toto. g̃ vbi pulcritudo in sum
mo ibi puritas in summo Sȝ btissima ỽgo fuit in summo pulcra. g̃
et pura in summo Maior pȝ p̱ figuras ipsius de Rebecca q̄ figura
bat ipam. dr̄ q̄ fuit puella decora nimis ỽgo pulcherrima Item De
ster. ij. Erat formosa valde ꝛ icredibili pulcritudine. oīm ocul' gra/
tiosa. ꝛ amabil' ipi. Itē idē pȝ p̱ Judith ꝛ Rachel ¶ Itē puritati siue 9
mūditie cordis attribuit̄ videre deū. iuxta illd̓ Mat. v. Bti mūdo
corde qm̄ ipi deū videbūt Et illud Da pure mētis oculos in te defi
gere Sȝ btissima in summo vidit deū. g̃ in summo habuit purū ocu
lū ¶ Itē ponam⁹ fm statū vie q̄ aīa btissime ỽginis sine oīni addi/ 10
tione grē vel glorie sepet̄ a corpe. cōstat q̄ tūc deiformissima eēt ī pu/
ritate sȝ eādē habuit in corpe. g̃ ꝛ tūc sup oēs creaturas nitebat pu/
ritate ¶ Itē nō obstat q̄ sua puritas nō plene apphēdat p̱ speciē lu/ 11
cē increatā h̓ videt̄ p̱ sil'e. videm⁹ em̄ q̄ qn̄qȝ maior lux min⁹ illumi/
nat. ꝛ minor lux magis illuminat p̱ ꝯiūctōeȝ cū aere obscuro vl' cla
ro. vn̄ qn̄qȝ illuminat magis luna in nocte aere puro q̄ȝ sol in die cū
aere obscuro. ꝛ tn̄ improportionabil'r ē maior lux solis q̄ȝ lune a sil'i
nec videt̄ incōuenieñs si maior lux grē ī subiecto passibili ꝯiūcto cor
pori passibili ꝛ grosso min⁹ immutat ꝛ mouet actual'r q̄ȝ minor lux
gl'ie in subiecto ipassibili ꝛ gl'ioso. Ex his g̃ oīb⁹ videt̄ ꝛ ꝓbat̄ etiam
q̄ simpl'r verū sit q̄ btissima oīm dn̄a ꝛ in statu vie sup oēm creatu/
ram ea puritate nitebat qua sub deo maior nequit intelligi

Dr̄ Juxta hoc qn̄ accepit istā puritatē in summo. vtrū siml' vl'
successiue ¶ Cōstat em̄ q̄ ī vtero fuerit sctificata ꝛ purgata Rō pª.
sȝ stat⁹ in vtero inq̄ȝtū hmōi nō ē stat⁹ ad opandū. g̃ illa purificatio
nō fuit p̱ ỽtutē hmōi sȝ p̱ grām opantē simul ad grām sacramētalē
¶ Itē ꝯstat q̄ postea etiā opabat̄ fm ỽtutes ꝛ illa opatio ē ipsi⁹ aīe 2
gl'ificatio. vn̄ Act. ij. Fide purificās corda eoꝝ ¶ Itē ꝯstat q̄ in opa
tōib⁹ gratuitis ad opandū grad⁹ sunt. eo q̄ dona sunt ỽtutib⁹ supi 3
ora ꝛ btitudines donis. g̃ fm h̓ grad⁹ potuit hr̄e purificatio q̄ his
pfectōnib⁹ ē effecta ¶ Itē si purificatio ē ordinatio ad illuminatōeȝ
et pfectōem. g̃ qn̄ illa fuerit i ꝯplemēto tūc etiā puritas erat in sum 4
mo sȝ h̓ fuit in ꝯceptōne lucis eterne. g̃ ipleta tūc fuit hec puritas in
summo. ¶ Itē hmōi puritas cā est vt dt Anselm⁹ q̄ debuit eē mater
dei. sȝ effect⁹ non est prius in re q̄ȝ sua causa. g̃ nō debuit ꝑus pura 5
esse puritate qua sub deo maior neq̄t intelligi q̄ȝ tūc cū debuit ꝛ in
cepit esse mater dei.

¶ Ad hec dicimus soluendo sicut dicit Anselmus. Nempe
decens erat vt ea puritate qua sub deo maior neq̄t intelligi ỽgo illa Rº
niteret. cui deus pater vnicū filiū suū quem de suo corde equalē sibi
genitū tanq̄ȝ seipm diligebat. ita dare disponebat vt natural'r esset

vnus idē q₃ cōis dei patris ⁊ ꝟginis fili⁹. ⁊ quā ipe fili⁹ sub aliter sibi
matrē eligebat. ⁊ de qua spūssctūs volebat ⁊ opatur⁹ erat vt ꝯcipet
Puritas hec. et nasceret ille de q̄ ipe ꝓcedebat. Dicimus ḡ ꝙ puritas hec ē ab ori/
ginali nō dico distātia s₃ segregatio ⁊ ad pmā lucē q̄ʒtū possibile est
pure creature deiformis approximatō. vn̄ Bernar. ſm rē nihil ē hec
puritas ſm rē puritas aliđ nisi pcti original' deletio. fomitis extinctio. gratuitarū
Ad obiectum pfectionū vltimatio ¶ Ex his p₃ ꝙ nihil ē ad ꝓpositū qđ obijcit de
alijs scis. vel de inaīatis. vel xp̄o vel angel' vel deo Et ꝯcedim⁹ etiam
ꝙ in btissima ꝟgine ſm statū vie fuit gr̄a deiformior q̄ʒ in angel'. ⁊ h̄
Quattuor dico q̄ʒtū ad substātiā s₃ nō q̄ʒtū ad actū q̄ ē opatio. vt supra plene
grad⁹ ascēdit dictū ē in materia de charitate. Dicim⁹ etiā ꝙ hāc puritatē in sum/
pmo mo q̄ttuor gradib⁹ ascēdit beata ꝟgo. Primo eī purificata fuit per
2 sctificatōem in vtero. Scđo in ꝟtutū exercitatōe Tertio in spūssctī
3. supuentōe Quarto in filij ꝯceptōe In pmo gradu ē pfectio graduū
4. vel sacramētaliū gratiaꝝ. In scđo pfectio donoꝝ ⁊ ꝟtutū. In tertio
pfectio fructuū. In q̄rto pfectio btitudinū. De pmo đr in canticis.
Tota pulcra es amica mea tota pulcra es ⁊ macula nō ē in te Tota
pulcra es ab originali. tota pulcra es a mortali. ⁊ macula. i. veniale
pctm̄ nō ē in te. De scđo ibidē. Quā pulcra es amica mea q̄ʒ pulcra
etiā absq₃ eo qđ intrinsecus latet. i. corde p humilitatē. Itē de eodē
Hester. ꝑ. Erat eī Hester formosa valde. etiā formosa in ope p cha
ritatē que ē forma oīm ꝟtutū. ⁊ incredibil' pulcritudinis in corpe p
A. insolitā ꝟginitatis castitatē. ⁊ iuxta illđ Sap. iiij. Quā pulcra ē ca
sta generatio cū claritate oīm ocul' gratiosa ⁊ amabil' ꝓpter cordis
humilitatē. iuxta illud Luce. ꝑ. Respexit hūilitatē ancille sue. Itē de
eodē Judith. xi. Nō ē mulier tal' sup terrā in ꝯspectu ⁊ pulcritudīe
in aspectu ꝯuersatōis in ope. ī pulcritudine castitat₃ in corpe. in sen
su ꝟboꝝ. i. in interiorib⁹ ꝟbis ⁊ in puritate cogitatōis in corde. De
tertio gradu đr in p̄s. Sctificauit tabernaculū suū altissim⁹ Itē ibi
dē. Deus in medio ei⁹ nō ꝯmouebit Itē Luce ꝑ. Spūssctūs supue
niet in te. Itē Isa. xi. Req̄escit sup te spūs dn̄i ⁊ spūs sapiētie ⁊ itel/
lectus haud dubiū ē quin etiā sup eā De q̄rto đr Ezech. xliij. Ma/
iestas dn̄i ingressa tēplū ad vnā partē q̄ respicit oriētē Et post seq̄tur
Repleta ē gl'ia dom⁹ dn̄i. Itē Hiere. xl. Solij gl'ie tue recordare Itē
Isa. xl. Locū maiestat₃ mee gl'ificabo. Et ī eodē. xlviij. Parabit in
misericordia soliū ei⁹. Itē apl's ad Hebre. iiij. Adeamus cū fiducia
thronū gl'ie ipsi⁹ Itē Anselm⁹ ꝙ ea puritate nitebat q̄ sub deo maior
neq̄t intelligi. Ex his manifestū est q̄ qualis ⁊ quāta est puritas in
summo quā habet gloriosa ꝟgo pro priuilegio

NE Quinto de pꝛiuilegio qđ ē matrē dei eē. rōne cui⁹ etiā đr pnci
palr gr̄a plena btissima ꝟgo. de q̄ q̄rit vtꝝ maior gr̄a pos/

set intelligi participari pure creature q̃ȝ esse matrē dei. ¶ Et videt̄ q̄ Rō ṗma
sic. Gratia em̄ imediate est post filiū dei p naturā. ⁊ ita videt̄ q̄ plus
sit esse filiū dei p grām adoptōis q̃ȝ esse matrē dei p naturā creatam.
¶ Itē videt̄ q̄ plus sit dare alicui esse angelū dei q̃ȝ esse matrē dei. q: 2
natura angelica est supra humanā. ¶ Itē plus est eleuari in substā/ 3.
tiā q̃ȝ in accn̄s. fieri aūt angelū est eleuari in substantiā superiorem.
fieri aūt matrē est eleuari ſm accn̄s tm̄. ergo maior gratia ↄferretur
beatissime ꝟgini si fieret angelus q̃ȝ q̄ essȝ mater dei. ¶ Iteȝ cū spūs/ 4
sanctus sit tertia psona in trinitate ſm ordineȝ nature. ⁊ filius scd̄a
ſm illū modū. ergo sub illa gratia qua aliq̄s fuit filiꝰ dei patris im
mediate. videt̄ esse illa qua aliq̄s fieret spūssanctus. et sic post esse fi
lium dei ṗt gratia maior intelligi q̃ȝ esse matrem dei. scȝ esse spm̄. ⁊ ita
videt̄ nō immediate gratia beatissime ꝟginis esse post grām filij dei
dn̄i nostri iesu christi. ¶ Itē cū ꝓprietates psonarū sint cuiuslibet p 5
sone ꝓprietates appropriate. videt̄ q̄ post ↄiūctōem psonarū pro
prietatū immediatius sit ꝓprietatū ꝓpriarū ↄiunctio q̃ȝ esse matrē
dei. Et sic post fieri deū patrē vel deū filiū vel deū spm̄ sanctū essȝ fieri
om̄ipotentē. summe sapientē. summe bonū. ¶ Iteȝ si beatissima ꝟgo 6
adhuc christū filiū p urū homineȝ genuisset ille essȝ filius ꝟginis ⁊
frater dei. illius gratia maior essȝ gratia beatissime virginis que fu/
it mater dei. sed nō filia ꝟginis ¶ Item iuxta hoc querit̄. si aliqua 7
pura creatura esset pater dei ſm humanitatē. vtrū hoc essȝ plus scȝ Qr.
hominē esse patrē dei q̃ȝ esse matrē dei. Et videt̄ q̄ sic. q: maius ⁊ di/
gnius est esse patrē q̃ȝ esse matrem. ergo eodē addito eadē manet be
atitudo. ergo maius est esse patrē dei q̃ȝ matrē dei. ¶ Itē si diceret̄ q̄ 8.
impossibile est hominē esse patreȝ dei. R̄ndetur ita impossibile fuit
virginē eē matrē dei ſm naturā. ſȝ sicut nec illud fuit deo impossibile
ita nec istud Esa. lxvi. Ego q̄ generatōem alijs ṗsto nūquid sterilis
ꝑmanebo. Ex quo ↄsueuit tradi q̄ generatōnis eterne vbi vnus de
vno expressissimū exēplū est generatio tēporalis vbi vna persona de
vna sola. Sed in diuinis non est maternitas sed tm̄ paternitas. ḡ
expressius illā generatōem repñtaret hō pater dei q̃ȝ hō mater dei.
ḡ eēt nobilius ⁊ dignius eē patrē dei q̃ȝ matrē dei. ḡ hec nō est maior
gratia q̄ ꝑticipari ṗt a pura creatura

¶ Contra ṗdicta obijcit̄ in hūc modū. inter matrē ⁊ filiū est con Cōtra ṗmo
iunctio substantialis. inter patrē ⁊ filiū adoptiuū est participatio
accidentalis. ergo maius est esse matrē dei per naturam q̃ȝ esse filiuȝ
dei p adoptionem. ¶ Itē inter esse deū ⁊ nō esse deū mediū est esse dei 2.
matrem per naturā ⁊ nō esse deū. ¶ Item illud ad q̄d seq̄tur maius 3.
bonū est eligendū. sed ad esse matrē dei seq̄tur maius bonū q̃ȝ ad esse
angelū. ergo hm̄ōi melius est ⁊ magis eligendū. Et minor patȝ. q:

4 ad esse matrē dei seq̄tur esse dominā omniū angeloꝝ. ¶ Itē inter esse filiū dei p naturā ⁊ esse deū. et esse filiū dei p adoptōem. ⁊ nō esse deū mediū est esse dei matrē p naturam ⁊ nō esse deum. ergo immediate
Sol'o post eē deū est eē matrē dei ¶ Itē solutio ad p̄muꝫ. quicq̄d claudit alterū in se plus est eligendū q̄3 illud qđ nō claudit alteruꝫ in se. sed esse matrē dei p naturā necessario claudit in se esse filium dei adoptiuū. Itē causa inq̄ꝫtum causa dignior est suo effectu inq̄ꝫtū effectus. ergo dignius est eē cām boni q̄3 causatū a bono. sed mater dei est cā dei ⁊ origo dei ſm illud qđ natū est. frater autē dei nō est cā vel origo dei. sed causat⁹ ab eadē origine. ġ plus est esse matrē dei q̄3 dei fratrē Item mater dei respectu filij dei dī relatōem suppositōnis. frater eq̄parantie. Item dr̄ Exod. xx. Honora patrē ⁊ matreꝫ. nō aūt p̄ceptū est de honorandis fratribꝫ. Manifestū igit̄ est q̄ dignius est eē ma
Ad aliud. trem dei q̄3 fratrem dei. ¶ Itē si beatissima virgo fieret spūssanct⁹ tūc ipa eēt ipē. ⁊ tūc fieret ꝯfusio sexus. Item si duo eēnt filij in trinitate alter maior eēt qui eēt fili⁹ dei. alter minor qui esset filius virgi
Hō nō pt̄ esse pater dei. nis beatissime matris. ¶ Item q̄ nō posset hō eē pater dei sic probat̄ dicit ph̄us q̄ masculus est q̄ generat in alio. ergo ille qui eēt pater dei aut generaret in alio. aut in seipo. si in alio. ergo duo. vnus generans in alio. vnus vel vna ab altero generans. ergo eēt ibi mascul⁹ et femina. Si aūt ille pater generaret in se. ergo nō eēt mascul⁹. ergo nō eēt pater. Item que est rō quare plus diceretur pater q̄3 mater. Item cum nō sit in viro locus ꝯceptionis ⁊ formationis ⁊ nutritionis. si fieret subita formatio non eēt generatus. Item cum nō sit ibi organū partus indifferens eēt ratio virginitatis. ⁊ sic nō eēt virginis filius. item esset nec pater nec mater. item si exclusus eēt sexus femineus ab incarnatōe. tūc incarnatus nō eēt femina nec de femina incarnatus. ¶ Ex his manifestū est q̄ nō potest intelligi pure creature maior participari gratia q̄3 eē matrē dei. vn̄ hoc est priuilegiū beatissime dn̄e virginis.

¶ Seq̄tur sexto videre de illo p̄uilegio qđ est mater ⁊ virgo. de q̄ queri p̄mo qualiter ponatur inter p̄uilegia gratie. cū nō videat esse
Rō p̄ma. gratuitum. ¶ Qđ sic. pbatur. vtrūqꝫ potest eē cū peccato. scꝫ eē virgi
2 nem ⁊ eē matrē. ergo neutrū potest eē gratuitū. ¶ Item quelibet ps
3 ꝯparatur ſm se peccato mortali. ergo ⁊ totum. ¶ Item ex duobꝫ differentibꝫ nō fit vnū. vnde nec vnū gratuitū Ex his videt̄ q̄ illa par
4 ticula nō debeat poni pro priuilegio. ¶ Itē q̄ nō ꝯueniat ipi soli videtur. q2 ph̄us dī q̄ sexus est in plantis. ⁊ ē planta mascula. ⁊ planta femina. ⁊ vna planta generat aliam plantā sine corruptōne. sine
5 ꝯmixtione. ergo ibi simul est mater ⁊ virgo. ¶ Item eccl'ia est simul mater ⁊ virgo. ergo nō solum beata virgo. ¶ Sed si dicatur q̄ eccle.

sia dr mater ꝛ vgo spūaliter. ꝛ beata virgo corporaliter. ¶ Jn̄ sic no 6
bilior ꝛ verior ꝛ pfectior est maternitas ꝛ vginitas spūalis q̄ȝ corpo
ralis. g̊ eccl'ia verius ꝛ nobili⁹ ꝛ pfecti⁹ dr mater vgo q̄ȝ beata vgo.
¶ Jtē vgo nubens in charitate nullā pdit vtutē. sȝ si pus habuit vir 7
tuosam virginitatē. g̊ adhuc hȝ ꝛ fit mater. g̊ ꝛ maternitatē ꝛ vgi/
nitatē simul. g̊ est mater vgo. ¶ Jtē q̄cq̄d est in inferioribꝫ ptinens 8
ad dignitatē est in supioribꝫ. sed angelus nō generat angelū. g̊ hoc
nō ptinet ad dignitatē. g̊ etiā in hoc nō debuit eē puilegiū.

¶ Contra. homo est dignissima creaturarum. ergo generatio ho/ Cōtra p̄.
minis est nobilissimus effectus naturalis. ergo generatio nobilissi/
mi cuiusdā hois est effectus nobilissimus. sed effectus nobilissim⁹
nō est nisi nobilissime substātie. iuxta illud Luc. vi. Unaqueq̄ȝ ar/
bor ex fructu suo cognoscit̄. ergo generatio nobilissimi hominis erit
nobilissimus effectus generātis hois. sȝ vnus solus est hō nobilissi
mus. g̊ vni soli ꝯuenit eē matrē eius. ergo eius maternitas est puile
giū vnius solius. ¶ Jtē effectus hmōi generatōis fuit pfect⁹ in sum 2
mo. sȝ pfectior generatio est vbi vnus de vno q̄ȝ vbi vnus de duobꝫ
ergo in ista generatōe debuit eē vnus de vna. ergo ista fuit mater vir
go. ¶ Jtē ad pfectā generatōem seq̄tur ꝫm naturam pfectissima ma 3.
ternitas. sed pfectior ꝛ nobilior est maternitas cū incorruptōe q̄ȝ cū
corruptōe. sȝ ista fuit pfectissima. g̊ debuit eē cū vginitate. g̊ debuit eē
mater vgo. ¶ Jtē q̄cq̄d est in arte exēplari diuina totū debet eē exem/
platū ꝛ declaratū in exemplo creato. ergo generatio diuina dȝ aliq̄d 4
habere exemplū in natura. sed vbi vnus est de vno sine corruptōe. di
uisione. vel mixtione. g̊ vn⁹ hic de vna sine corruptōe. ergo erit ma/
ter vgo. ¶ Jtē pma dignitas in diuinis q̄ est ꝯmunicabilis creatu
ris est a q̄ ali⁹ p generatōem. g̊ ꝛ hec pma ꝛ summa dignitas natu/ 5
ralis. g̊ ꝛ in h̄ pt eē dignitas ꝛ puilegiū gloriose vginis super oīa
¶ Jtē hō est minor mūd⁹. creare aūt mūdū maiorē est puilegiū dei
ergo generare mūdū minorē puilegiū pt eē hois. ¶ Jtē deus melior 6
mūdo est. g̊ pl⁹ est deū generare q̄ȝ creare mūdū. ¶ Jtē vginitas put 7
fuit in btīssima vgine fuit recessus ab oī malo. mr̄nitas fuit ei colla 8
tio oīs boni. g̊ oē elegēdū ꝛ appetēdū intelligit̄ in h̄ puilegio. ¶ Jteȝ
q̄ h̄ soli ꝯueniat btīssime vgini pbat̄ h̄ mō Esa. lxvi. anteq̄ȝ pturirēt 9
pepit masculū. ꝛ īfra. q̄s audiuit vnq̄ȝ talia ꝛc̄ Jtē eccl'ia cātat. nec p
mā sil'eȝ visa ē nec hr̄e sequētē. Dio. q̄ h̄ erat oīm nouoꝝ nouissimū

¶ Ad h̄ di. q̄ puilegiū marie ē q̄ sit mr̄ vgo. ꝛ q̄ nec sua vginitas Sol'o
nec sua maternitas fuit indifferēs. sȝ vtrūq̄ȝ meritoriū. Ei⁹ eīm vgi/ Uirginitas.
nitas fuit pfectissima corpis itegritas ꝛ cordis ex radice summe cha Maternitas.
ritatis. Ei⁹ q̄q̄ȝ maternitas sibi fuit in meritū. q̄ꝛ ipa cū ꝯgruo meri
to fidei. spei. ꝛ charitatis. ꝛ sue excellentissime humilitatꝭ meruit fie

Ad obiecta. ri mater dei ¶ Itē ex his pꝫ sol'o ad obiecta de ecclesia ⁊ de planta
Eccl'ia eīm nō hꝫ in oīb⁹ mēbris integritatē carnis ⁊ mentis. ⁊ in
nullo hꝫ integritatē cordis ⁊ carnis cū summa fecunditate spūs et
corporis. excepta ꝑfectissima ꝟginitate beate virginis ⁊ fecūditate.
Sed ⁊ illā spūalem ꝟginitatē ⁊ fecūditatē quā hꝫ eccl'ia in alijs mē
bris hꝫ beata ꝟgo in se excellentissime cū alijs ꝯmunē. ⁊ insup istam
B priuilegiatā singularitatē. Sed cū planta suo mō hꝫ virginitatē ⁊
fecūditatē. ꝙ qdem suo mō ꝟginitas ⁊ maternitas dici pt. sed sibi
simul virorē floritōis cū partu fructificatōis refuat vt dicere possit
Flores mei fructus honoris ⁊ honestatis. sicut amigdalus illa que
ꝟginis matris fuit figura. ⁊ eā quodāmō sub vmbra ⁊ enigmate q̄
dā future ostēsionis conamine repsentauit

Rō ꝓma. ¶ Nūc restat videre septimo de isto ꝓuilegio. qđ est ꝟgo ꝟginum
¶ Contra qđ sic obijcit. In hmōi locutōib⁹ notat excellētia vt flos
florꝫ. quasi dicat. excellēs oēs alios flores. siliter ⁊ rex regū ⁊ dn̄s do
2 minātiū. cū g̃ nihil excellat seipm nihil est ꝟgo ꝟginū. ¶ Itē si dica
tur ꝙ beatissima ꝟgo dr ꝟgo ꝟginū. qr excellit oēs virgines alias
a se. Contra. ergo excellit christū in ꝟginitate. qđ est falsum Itē secū
do dr ꝟgo ꝟginū. nō qr excellit seipam vel xp̄m. sed inferiores se. g̃
et beata virgo katherina posset dici virgo ꝟginū. qr excellit oēs infe
riores. ⁊ q[illegible] virgo sic est virgo ꝟginuꝫ. quare g̃ ibi assignet hmōi
3 habitudo nescio. ¶ Si dicat ꝙ habitudo originis vt sit sensus vir
go virginū. i. mater vel origo omniū virginum. ſm hoc eua dꝫ dici
4 virgo virginū. qr est origo ⁊ mater virginū ⁊ omniū viuētiū. ¶ Itē
ꝙ nō excellat videt. dt phs ꝙ incōtinēs est q̇ patit ⁊ deducit insensi-
bilis est q̇ nec patit nec deducit. ꝯtinens aūt q̇ patit ⁊ nō deducit. sed
virgo beatissima ab opposito ꝟginitatis nec patiebat nec deduceba
tur. g̃ fuit insensibilis. sꝫ insensibilitas nō est ꝟtus Alie aūt ꝯtinētes
patiebant. ⁊ nō abducebant. qđ est ꝟtus castitatis. g̃ beatissima vir
go nō excellit alias ꝟgines in castitate ⁊ ꝯtinentia

Contra ꝓ. ¶ Contra. genitus a generali ⁊ quasi a prima sui nois rōne a qua
etiā nomē accepit noīat habitudinē gignētis ad genitū vel ecōuer-
so. sꝫ btissima virgo est mater omniū virginitate. qr sine ꝓcepto. ꝯsi
lio. exēplo. ⁊ sola ꝓma oīm gloriosum mun⁹ ꝟginitatis deo obtulit
ꝑ qđ ⁊ oēs ꝟgines ꝑ imitatōem in virginitate genuit. g̃ ei soli ꝯue
2 nit ꝙ sit virgo virginū. i. mater omniū ꝟginū. ¶ Itē si notet ibi ex-
cellentis excellit oēs ꝟgines in fomitis extinctōe ⁊ in summa pu-
ritate. g̃ silr ꝯuenit ipi soli oēs citra deū excellere virginitate. ¶ Item
3 victoria est declaratio poñe sup aduersariū. sꝫ magis declarat poña
qn̄ tāta est potestas in aduersariū ꝙ nō pt mouere bellū nec inire cō
flictū q̄ꝫ tūc. cū post ictus ⁊ vulnera vincit inimicū Ex hoc pꝫ ꝙ ma

ioꝛ fuit ṽtus castitatis in btissima ṽgine q̄ȝ in aliq̄ ṽgine pura ho/mine Itē q̄ in virginitate excellit angelos sic videt᷑. qꝛ angeloꝝ castitas est a natura. hec aūt a grā. vñ hec nobilioꝛ q̄ȝ illa. Itē angeloꝛuȝ necessaria. hec aūt volūtaria. vñ hec gratioꝛ illa. Itē angeloꝝ nō meritoꝛia. hec aūt meritoꝛia. vñ hec vtilioꝛ illa. Itē angeloꝝ est in natura impassibili. hec aūt fuit in carne fragili. vñ hec est mirabilioꝛ q̄ȝ illa Itē angeloꝝ est cū arbitrio libero inflexibili. hec cū libero arbitrio flexibili ḡ laudabilioꝛ hec q̄ȝ illa. Et sic nobilioꝛ laudabilioꝛ ⁊ inte/gralioꝛ. qꝛ hec ē in aīa ⁊ coꝛpe. ista āt in spū tm̄. ḡ pꝫ q̄liter btissima ṽgo excellit oēs ṽgines in ṽginitate citra illū q̄ ē deus Maria ī ṽginitate excellit puros hoīes oēs angelos

R̄

Juxta hoc. vtꝝ btissima ṽgo possit dici mater matrum si cut ṽgo ṽginū Et si pt. qualiter. Qd̄ possit videt᷑ Sicut eñ excellit oēs ṽgines in ṽginitate. ita excellit oēs matres in maternitate ¶ Itē a digniori dꝫ fieri denoīatio. sed dignius ē esse matrem dei q̄ȝ ṽginē. ḡ dignioꝛ est excellētia maternitatis in beata ṽgine q̄ȝ excellētia ṽginitat̄. ḡ potiꝰ debuit dici mater matrū q̄ȝ ṽgo ṽginuȝ ¶ Itē pcipua dignitas ꝯmunicabilis ē generatio. ⁊ huic ista est simillima. ḡ beata ṽgo deberet ab illa potius denoīari. ¶ Itē oīm bonorum mater ē Sapiētie. vij. ergo ⁊ mater matrū ¶ Cōtra. que ſm prius ⁊ posterius ⁊ nō vniuoce dicunt᷑ nō sunt cōpabilia. sed maternitas pmo ⁊ pncipalr̄ dꝛ de beatissima ṽgine. de alijs p posterius ḡ alie nō sunt ei ꝯpabiles in maternitate. sed res suplatiui gradus cōpantur rebꝫ positiui gradꝰ p gtm̄. ergo nec pprie nec vere diceret᷑ mater matrū ¶ Item in ṽginitate btissime ṽginis fuit qd̄ fuit in ṽginitatibꝫ aliaꝝ. scꝫ integritas mētis ⁊ coꝛpoꝛis. sed in ea tamen pfectiꝰ et plus. sed maternitas nō fuit in alijs vt in ipa fuit. q̄a alie generauerūt ab alio hoīe. sed hec nō. ⁊ sic pꝫ q̄ cōparabiliter dꝛ ṽginitas de beata ṽgine ⁊ de alijs. ⁊ non maternitas. ergo potest dici ṽgo ṽginum. ⁊ nō mater matrū. ¶ Itē ipa nō fuit pma mater matrū vel origo in maternitate. ergo beatissima ṽgo non dicetur mater matrum sed ṽgo ṽginum. ¶ Qd̄ concedimꝰ dicētes q̄ beatissima ṽgo non dꝛ mater matrum sed ṽgo ṽginū Et nota p genitiuū duplex habitudo. gñal' ⁊ special'. rōne habitudinis quā importat gñaliter notat originē Rōne special' importat excellētie ſcatoēm. Rōne pmi non ꝯuenit xp̄o vt dicat᷑ ṽgo ṽginū. qꝛ ipe nō fuit pmus ṽgo. qꝛ nō ge/nerauit oēs alias p imitatoēm. sꝫ ipsius mater q̄ pmo p votū ṽginitat̄ opprobriū ṽginitat̄ abstulit ⁊ eā ꝯsecrauit in se. ppter scd̄m. scꝫ excellētiā nulla alia pt dici ṽgo ṽginū. qꝛ ipa sola excellit oēs alias ṽgines Excellit āt in tribꝫ Castitate. causalitate. fecūditate. q̄ tria nō ē in aliq̄ alia ṽgine iuenire Cōcedimꝰ etiā q̄ intātū beatissima virgo excellit oēs matres in maternitate. q̄ etiā nō videtur ſm eādem

Margin: Queritur Rō pma. — 2. — 3 — 4. — Contra — 1 — 2 — 3. — Rō — Maria nō dꝛ mater matrū. — .E — Sola maria excellit tripl'r.

semen nõ p̃t ꝑsistere. Alterũ est nimia clausio impediens semi-
nis ingressum. Et sic est sp̃ualiter in exhortatõib⁹ in uerbo dñi
quia nimia loq̃citas nimiũ fluẽs in semine frustrat̃ a fructu. &
ideo dicit̃ Leuit. xv. Qui patit̃ fluxum seminis imund⁹ erit. et
tunc iudicabit̃ huic uicio subiacere. cum per singula momẽta
adheserit carni eius. atq̃ concreuerit fedus humor. Omne stra-
tum in quo dormierit immundum erit. et ubicunq̃ sederit

Aleph Capl'm primū

Fedus humor seminalis est sermo nō cōpetens tempori nec his qui audiūt. Stratū aūt in quo dormit est hoc in quo p delectationē mentis quiescit. et hoc est peccatū & scurrilitas Conclusio vero siue clausio matricis est quādo uerbum exhortationis. quod multis prodesse poterat. damnabili tegitur silētio sicut dicitur Ezech. iij. Fili hominis speculatorē dedi te domui israel. & audies ex ore meo uerbū. & annunciabis eis ex me. Si dicente me ad impium morte morieris. & nō annūciaueris ei neq; loquutus fueris ut auertatur a uia sua impia et viuat. ipse impius in iniquitate sua morietur. sanguinē aūt eius de manu tua requirā. Si aūt tu annūciaueris impio. & ille nō fuerit conuersus ab impietate sua et a uia sua impia. ipse quidē in impietate sua morietur. tu aūt animā tuam liberasti. Sed etsi cōuersus iustus a sua iusticia fuerit et fecerit iniquitatē. ponā offendiculum coram eo. in peccato suo morietur. & nō erūt in memoria iusticie eius quas fecit. sanguinē uero eius de manu tua requiram. Si aūt tu annūciaueris iusto ut nō peccet iustus. & ille nō peccauerit. viuens viuet. quia annūciasti ei. & tu animā tuam liberasti

F Terciū quo differt mulier a uiro est fons sanguinis. quē supra diximus esse pietatē. put pietas dicitur beniuolentia in omnes imagine dei insignitos. quia sic est vnū de donis spiritussancti. sicut dicit Augusti. Et ex isto fonte egreditur uerbū manans sanguinem dilectōis proximi. per quā fortis mulier habūdat in omibus que exigūtur ad formatōem paruulorū in christo. qd notatur in uerbo apostoli ubi dicit. ij. ad Chor. v. capl'o. Siue mente excedimus deo. siue sobrij sumus uobis. charitas em̄ christi urget nos. Hoc est quicquid in cōtemplatione haurimus mente deo excedendo. et quicquid in sobrietate actōnis operari possumus. totū facimus uobis. et hoc ideo quia charitas christi urget. Sicut em̄ habūdantia sanguinis urget in appetitū generatōis. sic habūdantia charitatis urget in desiderium generatōis spiritualis. Et ideo. ij. ad Chor. vi. dicit apl'us. Os nostrū patet ad uos o chorinthij. cor nostrū dilatatū est. nō angustiamini in nobis. quasi diceret. Os pietatis amplū est ad uos. & cor charitatis ad uos latū est & habūdās. nihil in nobis angustū et artū potestis experiri: quo minus fecerim in formatione omniū uestrum in christo. Et hoc est quod dicit in actibus. xx. Contestor uos hodierna die. quia mūdus ego sum a sanguine omniū uestrū. Non em̄ subterfugi quo

minus annūciarem uobis om͞e cōsilium dei Et nota q̄d di=
citur in libro de animalibus ꝙ sanguis menstruus iuuenū mu
lierum albus est semp. Antiquis aūt mulieribus desinūt muli
ebria. sicut dicit Gen. xviij. ꝙ sare desierant fieri muliebria. Et
sic duo spūaliter corrumpūt fontem sanguinis a ꝓprio colo=
re qui est rubor procedens a flamma ignis dilectōis dei. quoꝝ
vnū est dissolutio iuuenilis. & alterum cupiditas faciens refri=
gescere charitatē. De primo dicitur. Hiere. xxxi. Cōfusus sum
et erubui. quoniā sustinui opprobrium adolescētie mee. De
secūdo dicitur Mathei. xxiiij. Quoniā abūdabit iniquitas. re=
frigescet charitas multorum

G Quartū uero. quod est ad nutriendū paruulos iam na
tos in christo. diximus esse congratulatōem habentē duas mā
millas. Ex quarū vna. sc3 inuitatōnis ad meliora fundit fortis
mulier lac ꝑfectus spūalis. Ex altera aūt sc3 confortatōnis fun
dit lac perseuerantie in bono q̄d accepit. Et hoc est quod dicit
apl'us. prima ad Choꝝ. iij. Tanq̄ paruulis in christo lac uo=
bis potū dedi nō escam. Et in canticis Cāticoꝝ. iiij. Mel & lac
sub lingua tua. Quod glosat psalmista dicens. Diffusa est grā
in labijs tuis &c̄. Et sic habetur quare mulier dicatur ecclesia
vel fidelis anima

A F Secūdus

Ecūdū est dispositio in qua queritur mulier. & hec est for
titudo que notatur cū dicit (Fortem) Dicitur aūt mulier
hec fortis ꝑpter duo in quibus om͞is attendit fortitudo. Vnū
est difficultas actus & operatōis eius. Alterū est altitudo robo
ris eius in vincendo queq̄ fortissima. Primū horum est in tri=
bus. sc3 in hoc ꝙ aggredit difficilia. Secūdum in hoc ꝙ susti=
net. Terciū in hoc ꝙ nō deficit in ꝑferendo vtrūq̄. Primū ho=
rum est quia aggreditur fortissime tentatiōes hostis. Et de hoc
habetur. in. iij. Iob. ubi dicit Maledicāt ei qui maledicunt diei
qui parati sunt suscitare leuyathan. Leuyathan interp̄tat ad
ditamentū eorū. et signat dyabolum. qui suadet damnatōem
hominū. Hūc aggreditur suscitando cōtra se fortis mulier. qm̄
per opera virtutū dyabolum ad certamen inuitat tentationū
Et hoc est q̄d dicitur in. iij. Gene. Ipsa conteret caput tuū. quia
terribilis est serpens in capite. Fortitudo huius pugne signifi=
cata est in. xxxij. Gene. in lucta Iacob cum angelo In qua tria
occurrūt. Iacob sc3 ꝙ benedictus est ab angelo. & ꝙ ꝯfortatus

est contra fratrem. Dixit em̄. si contra deum fortis fuisti. q̄to magis contra hominē preualebis. Et q̄ ↄfregit neruū femoris eius. Que signant tria que cōueniūt ei qui fortiter aggreditur pugnā spūalem. Ille em̄ benedictōem gratie accipit contra dyabolum. et robur virtutū accipit ↄtra mūdum. Insuper emarcescit concupiscentia femoris. quia femur locus delectatōis est

B Secūdum. quod est in actu fortitudinis. est fortiter sustinere aduersa. quia sicut dicit apl'us. scd'a. ad Thimo. iij. ca. Omnes qui pie uolūt viuere in christo patient̄ persequutiōem. Sic fortis fuit illa mulier de qua legit̄. scd'o Macha. vij. Supra modum aūt mater mirabilis & bonorū memoria digna. que pereūtes septem filios sub vnius diei tempore cōspiciens. bono animo ferebat propter spem quaȝ in deum habebat. singulos illorum hortabatur uoce patria fortiter repleta sapientia. & feminee cogitatōni masculinū animū inserens. Sic etiam fortis fuit filius eius ibidē. qui terci o illuditur. De quo dicit scriptura eiusdem capituli. q̄ linguam postulatus cito ꝓtulit. & manus constāter extendit. & cum fiducia ait. E celo ista possideo sed propter dei leges nūc hec ipsa despicio. quoniā ab ipso mea recepturū spero. ita ut rex & qui cum ipso erant mirarentur adolescentis animū. q̄ tanq̄ nihil duceret cruciatus

C Tercium est longanimiter perseuerare in vtrisq̄. De quo dicitur in Isa. xl. ca. Qui dat lasso virtutem. & his. qui nō sunt. fortitudinem & robur multiplicat. & deficiēt pueri & laborabūt. Et iuuenes. id ē pueriliter viuētes. hoc est iuuenilia sequentes in infirmitate sua cadent. id est in cōcupiscentia. Qui autem sperant in domino mutabūt fortitudinem. assumētq̄ pennas ut aquile. current et non laborabūt. uolabūt et nō deficiēt Per mutatōem aūt hui⁹ fortitudinis intelligit q̄ semp noui sunt i fortitudine. sicut dicit p̄s. Dixi nūc cepi hec mutatio dextere excelsi. Et hoc est q̄d sequit̄. Sumēt pennas ut aquile. Aquila em̄ dicitur renouare pennas ad primū robur. Vnde dicitur in p̄s. Renouabitur ut aquile iuuentus tua. hoc est robur iuuentutis. Vnde sequitur. Currēt et non laborabūt. Current in strennuitate operis & passionis longanimiter sustinendo. et non laborabunt fortitudine laborem superātes. & uolabunt uelocitate desiderij nō deficientes. quia sciūt q̄ solus ille qui ꝑseuerauerit saluus erit. Math. x.

D Altitudo autem roboris est in hoc q̄ vincit quinq̄ fortissima.

.F. Secūdus

Vincit scʒ
- Deum
- Regnum dei
- Dyabolum
- Regnum dyaboli
- Proprium animū

Deum vincit per charitatis affectū. Regnū dei per instantiā meriti. Dyabolū aūt p abiectōem humilitatis. Regnū dyaboli p pfessionem uolūtarie paupertatis. Et pprīū animū p trāquillitatem patientie & mansuetudinis. De primo hoꝝ dicit in Canti. viij. Apprehendam te & ducā in domū matris mee. et in cubiculū genitricis mee. ibi me docebis. & dabo tibi poculū ex vino condito & mustū malorūgranatoꝝ meoꝝ. Apprehensio est retentio dei per affectum charitatis. Et ideo quasi passus violentiā ducit in domū matris. hoc est in carnē. quam habemus ex prima matre eua. Similiter ducitur in cubiculuʒ genitricis. hoc est in cōscientie secretū. que cubile est genitricis gratie. ut ibi ab anima astringat amplexibus castis. & perfruatur osculis. nō in coniūctōe labioꝝ carnis. sed in coniūctione animoꝝ. scdm ꝙ dicit aplus prima ad Choꝝ. vi. Qui adheret deo vnus spūs est cum eo. Et ideo sequitur. ibi me docebit. quia qn̄ dilectus interius in mente dulci quodā amoris vinculo ꝯstringit: mox etiā intellectus ad doctrinā ueritatis aperitur. scdm qđ dicit in euāgelio Iohā. xvi. Cū uenerit spūs ueritatis docebit uos omnē ueritatē. Et in prima canonica Iohā. ij. ca. Vnctio docebit vos de omibus. Vinū uero ꝯditū ibidē sponso ppinat in gaudio sancti spūs dulcorato. & odorifero facto ꝯdimento omniū virtutū. scdm ꝙ dicit in ps. Cogitatio hois cōfitebit tibi. Mustū aūt malorumgranatoꝝ est cōceptū nimiū desideriū bulliēs ad beatitudineʒ sanctoꝝ. quia in malogranato grana cellis pprijs distincta sunt. sicut sancti in eterna beatitudine distinguūtur p differētias pmioꝝ. scdm ꝙ dicit in ps. Exultabūt sancti in gloria. letabūtur in cubilibus suis &c. Et ipe dn̄s in euāgelio. Iohā. xiiij. In domo patris mei mansiones multe sunt

E De victoria sup regnū dei habet. xi. Math. A dieb⁹ Iohānis baptiste usqꝫ nūc regnū celoꝝ vim patit. & violenti rapiūt illud. Et. vij. Math. ꝙ angusta est porta. & arta via q̄ ducit ad vitā. & pauci sunt qui inueniūt eam. Et ideo dicit alibi. Contendite intrare p angustā portā. quia violētia & fortitudo necessaria est ad regnū celorum

Aleph Capitulum primum

F De fortitudine dyaboli qui vincitur etiã a forti mulie-re dicit. xij. Math. Quomodo potest quisq intrare in domum fortis & uasa eius diripere: nisi prius alligauerit fortem. & tũc uasa eius diripiet. Fortis dyabolus est. domus eius cor pecca-toris est. et uasa eius peccata sunt. Sed fortis mulier alligat eũ vinculis gratie sacramentorũ. et uasa eius. hoc est peccata diri piet p grãm virtutum. De hac etiam fortitudine dicit. xli. Iob Non est potestas sup terram que ꝯparetur ei scilz leuyathan. q factus est ut neminẽ timeret. Et vis est in hoc qđ dicit sup ter-ram. quia potestas & fortitudo mulieris huius non est de ter-ra. sed de celo

G Regnũ aũt dyaboli est in spectaculis & pompis & diui tijs huius mũdi. que omia mulier fortis vincit p uolũtariam paupertatem. scđm q dicitur in euangelio Iohan. xvi. Cõfidi-te quia ego vici mũdum. Et alibi. in Iohan. xiiij. Princeps hu-ius mũdi in me nõ habet quicq. Et in. iiij. ca. Math. Cũ dya-bolus assumeret iesum in montẽ excelsum ualde. & ostẽdit ei omnia regna mũdi & gloriã eius. Et diceret q oĩa sibi daret si cadens p auariciã adoraret eum. Respondit iesus. Vade satha-nas. scriptũ est em. dñm deũ tuũ adorabis. & illi soli seruies

H Quinto etiã p mansuetudinẽ & patientiã vincit ꝓpri-um animũ. scđm q dicit Math. v. caplo. Beati mites. qm ipsi possidebũt terrã. quia nulli terrã sue nature ad nutũ possidẽt nisi mãsueti & patientes. scđm q dicit domin9 Luc. xxi. In pa-tientia uestra possidebitis aĩas uestras. Et Salomon ꝓuer. xvi. Qui dominat animo suo fortior est expugnatore urbiũ. Istis igit modis habet quare dicat fortis mulier

A ✠ Tercius.

Equitur ꝯsiderare dignitatẽ querentis. que importat per hãc dictõem (Quis) Dicit em beatus Hireony. q in sacra scriptura hec dictio (quis) quãdoq notat impossibilitatem. ut in. liij. Isa. Generatõem eius quis enarrabit. scđm q de eterna generatõe intelligit. De qua dicit Ambrosius. q silet uox. nõ hoĩs tm. sed etiã angelorũ. Qñq notat difficultatẽ. ut ptz Ec-clesiastici. xxxi. Beatus vir qui inuẽtus sine macula. & post au-rum nõ abijt. nec sperauit in pecunie thezauris. quis est hic & laudabimus eum. quasi dicat. difficulter inuenitur. Et ita su-mitur hic (quis) quia difficile fuit habere inuentorem huius mulieris. Quia sicut dicit Anselmus. in libro Cur deus homo

Duo exiguntur ad hoc q homo pditus inueniatur ad salutem scz q ille satisfaciat qui debet & tenetur satisfacere. et hoc non est nisi homo..quia nō peccauit nisi hō. Et q ille satisfaciat q potest satisfacere. & hic non est nisi deus. Creatura em que totum qd est & potest & operatur pro seipsa debet suo creatori. pro hoīe satisfacere nō pt. Sed deus. qui nulli aliquid debet. pro se si satisfacit: pro alio satisfacit. Et ideo eum qui inuenit mulierē p satisfactōem oportuit esse deum & hominē. ut deberet inqtum homo. & posset inqtum deus. Ideo in Isa. vij. dicitur. Vocabis nomen eius emanuel. hoc est. nobiscū deus. hoc est cum natura nostra deus. Et Iob. xxxiij. Si fuerit p eo. id est p homine. angelus loquēs vnus de milibus. ut annūciet hoīs equitatē: miserebitur eius & dicet. libera eum ut nō descendat in corruptōem. inueni in quo ei propicier. Et debet littera sic pūctuari. Si angelus existens vnus de milibus fuerit loquens pro eo uerba redemptōis: miserebitur eius. hoc est hoīs deus. Et uocat angelum christū missum in mūdum. qui scdm septuaginta interpretes. in. ix. Isa. uocatur magni consilij angelus. Christus aūt scdm eternam generatōem est prima imago & similitudo patris. Homo aūt ultima creatura dei: est etiā similitudo & imago dei. Vnde deus homo est quodāmodo vnum de duobus similibus et duabus imaginibus. scz homine & filio dei. Et iste solus loqui poterat pro nobis redemptōem. Vñ etiā dicit in fine Apocal. Ego sum alpha & o. principium & finis. Principiū per diuinitatē. & finis per humanitatē. quia finis creaturarū est homo ultimo creatus. Et sic habetur dignitas querentis

A ¶ Quartus

Equitur de diligentia inquisitiōis. que notat per hoc qd dicit (Inueniet). Quattuor aūt modis aliquid querit & inuenitur. Primo qñ nō perditum p inquisitōem inuenit. Sicut in. xxxvi. Gene. q Anan inuenit aquas calidas in solitudine cum pasceret asinas sebeon patris sui. Quādoq inuenitur quod perditum recuperatur. Sicut habet in primo Regū. ix. cap. q inuente sunt asine cis patris Saul. Quandoq inuenire idem est qd per studium in alicuius ignoti notitiam puenire. scdm q dicitur in Hieremia. in. capl'o. xv. Inuenti sunt sermones tui & comedi eos. Quarto mō inuenitur quasi per fortunam id quod nō queritur. scdm q habetur. lxv. Isa. Inuenerūt

me qui nō quesierūt me. Omnibus his modis inuenta est fortis mulier. per opus redemptōis. Inueniri aūt mulieris est. qa facit eam christus inuenire quādo inuenit in ea salutem. Et primo modo inuenta est ad resurrectōnem. quia resurrectōnē nō pdidimus in adam. Si em̄ ipse nō peccasset non resurgeremus qa nō moreremur. Et de hoc habet. xxxij. Deutro. Inuenit euȝ in terra deserta in loco horroris & uaste solitudinis. Deserta terra est terrena caro necessitati mortis addicta adhuc viuens. locus horroris est corpus mortuū horrore putredinis fetoreȝ de se generans. Sed uasta solitudo qn̄ iam est in cineribꝰ. & ibi inuenit nos ad resurrectōnem.

B Secūdo modo inuenit nos ad redemptōem. sicut habetur in tribus parabolis. xv. Luce. Quarū prima est de habente centū oues quarū vna est pdita. & dimittūtur nonagintanouem in deserta. ut queratur & inueniat̄ vna pdita. que significat hominē. Secūda parabola est de muliere habēte dragmas decē. quarū vnā pditam querit & inuenit accēdendo lucernā et euertendo domū. Tercia est de filio pdigo. qui mortuus fuerat & reuixit. perierat & inuentus est a patre

C Tercio mō inuentōis inuenit nos deus ad grām meriti nō ita ꝙ ante nesciret nos scientia intelligentie. sed ante nesciuit nos scientia approbatōis. Sicut ipse dicit. xxv. Math. de qbusdam. Nescio uos: discedite a me operarij iniquitatis. Et de hoc mō inuentōis habetur in psal. ubi dicit. Inueni Dauid seruū meū: oleo sancto meo vnxi eum. Hoc est. inueni Dauid ad seruitium meum. & ut hoc adimplere posset vnxi eum oleo gratie mee

D Quarto modo non inuenit nos deus nisi reputatione sua. quia magnitudine reputat se felicē qn̄ inuenit nos. Hoc signatum est in Gene. xxvij. Vbi Isaac benedictōem dedit filio suo Iacob ppter uenatiōem allatam sibi. talem faciens ei questionē. Quomodo inquit tacito inuenire potuisti fili mi. Et ille respondit. volūtas dei fuit ut cito occurreret mihi qđ uolebam. Isaac significat deum patrē. cuius oculi caligantes prophete sunt. quia tenebrosa aqua est in nubibus aeris. hoc est doctrina ueritatis in pphetis. Maior auteȝ filius eius primus Adam cui precepit ut ferret sibi de uenatione cibos captos in pharetra & arcu. hoc est in ingenio & uerbo. Sed ille iuit inseq

siluestria. id est lucra mũdana. Minor autem filius eius secun-
dus Adam est. hic est christus homo . qui ad preceptuȝ matris
que misericordia est. que etiã fecit eum incarnari. iuit ad vici-
nos greges pecorum. apportans inde duos hedos. hoc est cor-
pus & animam peccatorũ: reputans se felicem ꝙ cito inuenit
quod querebat. Et per hoc subripuit benedictionem Adam.
quia gratiam. quam in Adam hereditario quasi iure debeba-
mus possidere. et sicut ipm tanq̃ patrẽ gratie benediceremus
per Adam amisimus. sed per christum ad eandem inuenti su-
mus. et ideo ipsum benedictione grãrũ actõis benedicimus.

E Sed notandum est. ꝙ ad duo precipue deus querit. &
inuenit mulierem fortem. Et ad duo queritur & inuenitur ab
ea. Querit em̃ deus eam primo ad gratiam. Et hoc signatũ est
in Gene. xxxvij. vbi Ioseph quesiuit fratres suos & inuenit eos
in Dothaym. quod interpretatur sufficientia defectionis Et si
gnificat statũ peccati. vbi verus Ioseph christus quattuor pa-
titur a fratribus suis. hoc est ab hominibus. Primo exprobra-
tionẽ. Secũdo denudatiõem tunice talaris & polimite. Tertio
proiectionem in cisternam. Quarto venditionem ysmahelitis
euntibus in egyptũ. Et sic quattuor peccator infert christo spi
ritualiter. per ingratitudinem em̃ facit contumeliam spiritui
sancto. Sicut dicit apostolus ad Hebreos. x. Irritam quis faci-
ens legem Moysi sine vlla miseratione duobus vel tribus testi
bus moritur. quantomagis putatis deteriora mereri suppli-
cia: qui filium dei conculcauerit. & sanguinem testamenti pol
lutum duxerit. in quo sanctificatus est/et spiritui gratie contu
meliam fecerit. Tunica polimita est vestis virtutum picta ua-
rietate diuersarum virtutum. et talaris ꝙ ita longa sit ut eti-
am corpus totum uestiat decore honestatis. Et hec tingitur a
peccatore sanguine hedi. id est inquinatione peccati. Per hedũ
enim peccator significatur. & per sanguinem peccatũ. ut ha-
betur. xxv. Mathei. ꝙ iudex statuet oues a dextris. hedos au-
tem a sinistris. Tercio proijcitur in cisternam quando dele-
ctatio spiritualis commutatur in carnalem. spiritus em̃ fun-
dit ut fons aquam refrigerij. scd̃m ꝙ dicitur in psalmo Domi
ne apud te est fons vite &c̃. Caro aũt videtur quidem contine
re delectatõnis refrigeriũ. sed tanq̃ ex cisterna dissipata effluit
statim ꝑ rimas miserie in dolorib⁹ & tristicijs. scd̃m ꝙ ꝯquerit
dñs in Hierem. ij. Obstupescite celi suꝑ hoc. & porte ei⁹ desola
mini uehemẽter. Duo em̃ mala fecit ppl's me⁹, me dereliq̃runt

fontem aque viue. et foderunt sibi cisternas dissipatas que cōtinere nō valent aquas. Celi sunt angeli. et porte celi homines sancti. p quorū exempla intramus in celos. quos vocat deus in admiratōem & abhominatōem facti huius. Quarto venditur negotiatoribus egypti. et hoc fit quando lucrum gratie postponitur & ad lucrum mūdi huius mens anxiatur. Sicut Iudas qui preciū vniuersitatis vendidit p precio triginta denariorū. Ibi ergo xp̄us inuenit mulierē querēs eam ad grām

F Secūdo querit & inuenit eam ad fidelitatē per tentationes. vt habetur Sapieñ. iij. Deus tentauit suos & inuenit eos dignos se. tanq̄ aurū in fornace pbauit illos. & quasi holocausti hostiā accepit eos. Et hoc signatum est in Gene. xxij. vbi deus tentauit Abrahā ut immolaret filium. ponens eum nobis in exemplum fidelitatis. Et in euāgelio Math. xxiiij. Quis putas est fidelis seruus & prudens quē cōstituit dominus sup familiā suā. ut det illis cibum in tpe. beatus ille seruus quē cū venerit dn̄s eius inuenerit sic facientē. Amen dico uobis quoniā sup omnia bona sua constituet eum

G Mulier etiā querit deum ad duo. sc3 ad adiutorium. & ad amplexum. Ad adiutoriū in tentatiōibus. Et de hoc loquitur p̄s. Querite dominū & ꝯfirmamini. querite faciē eius semper. Et Isa. lv. Querite dn̄m dum inueniri potest. inuocate eū dum prope est. Ad amplexū aūt querit eū in deuotōe. De hoc habetur Canti. iij. In lectulo meo p noctes quesiui quē diligit anima mea. quesiui illum & nō inueni. surgam & circuibo ciuitatē p vicos & plateas querā quem diligit anima mea &c. & infra Tenui eum nec dimittā donec introducā illum in domū matris mee. & in cubiculum genitricis mee. Lectulus est quies cōtemplatōis. Noctes uero obscuritates ꝯsiderationū. quia sicut dicit ap̄lus. secūda ad Chor. v. Per fidem em̄ ambulamus et nō p spēm. Fidei autē visio per speculum & in enigmate est. quia vt dicitur in li. Sapieñ. ix. Corpus qd corrūpitur aggrauat aīam. & terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantē. In his noctib⁹ querit̄ sponsus ad amplexū. & nō inuenit̄ quia nō exhibet se vt sponsum. sed potius ut peregrinum. Et hoc ꝯquerit̄ Hieremias. xiiij. ca. dicēs ad dominū. quare quasi colonus futurus es in terra. & quasi viator declinans ad manendum. Surgit ergo sponsa eleuando mentis intuitum. ab omni sollicitudine corporis ad cōtēplationem eternorum. & circuit vicos. hoc est dispositōnes sanctorum in p̄mijs eternis

et plateas. hoc est latitudines angelorũ in hierarchijs celestibus. Platea em̃ dicitur a platon grece q̃d latine latuȝ sonat. querens si dilectum anime sue viderint. q̃d nihil aliud est q̃ considera-tione glorie sanctorꝶ. quasi quadam manuductõe instrumẽti ad lucem inaccessibilem quã deus inhabitat obtutum mentis eleuare. Et ideo eos. qui sic eam instruũt. uocat uigiles. qui cu-stodiũt ciuitatem. signãs angelos deputatos ad custodiam ec-clesie. que est ciuitas Hierusalẽ celestis. Illi em̃ purgant animas quo liberius possint ꝯtẽplari lumen incircũscriptũ Et hoc est q̃d dicitur vi. Isa. Volauit ad me vnus de seraphin. & in manu eius calculus quem forcipe tulerat de altari. & tetigit os meuȝ et dixit. Ecce tetigi hec labia tua. & auferetur iniquitas tua. & peccatum tuũ mũdabit̃. Calculus est ignita ueritas. Forceps a duobus brachijs stringens colligatis. est consideratio unũ bra-chiũ habens fidem & alterũ intellectũ connexa sibi inuicẽ cla-uo reuelationis diuine. Altare est altitudo eterne beatitudinis ut sic per ministeriũ & illuminationem angelicam tangat̃ os cordis anime: et duo labia eius. scȝ rõnis & uolũtatis. et mũde-tur cor ab iniquitate. que est curuitas desiderij per appetitum terrenorꝶ. & appetitum operationis praue. ut sit vna de his de quibus dñs dicit. v. Math. Beati mũdo corde: quoniã ipi deũ videbunt Quod aũt sequitur. Paululũ cũ pertransissem &c. Hoc est q̃ beatitudo dei nõ uidetur nisi super omne q̃d creatũ est eleuetur consideratio mentis. & ibi inuentus tenetur p ora-tionis instantiam. & nõ dimittetur etiã si fingat uelle longius ire. per feruorem deuotionis. donec introducat̃ in domũ cor-dis. que est domus matris sapientie & in cubiculum cõsciẽtie. vbi habitat genitrix omnis boni scȝ gratia.

A ¶ Paragraphus quintus

Equit̃ de laude alta mulieris inuente q̃ ꝯtinetur in his Procul et de vltimis finibus precium eius ꝛc.

	Tempore
Est autẽ q̃tuor	Distãtia nature
modis procul.	Elõgatõe a cognitõe hũana
	Latitudine eorꝶ in quibus est p̃cium

Tempore dupliciter. scilicȝ q̃tum ad finem mundi. quan-do dabitur precium quo ad corpus in resurrectõne. Et de hoc habetur in Ecclesiaste. xi. Mitte panẽ tuũ sup transeũtes aquas quia et post multa tempora inuenies illũ. Similiter procul est

q̄tum ad tempus qđ predestinauit deus. quia precium redem ptionis misit deus in nouissimis diebus. Et ideo etiā illud tē pus dicitur plenitudo temporis. iiij. ad Gala. vbi sic dicit apo stolus. At vbi uenit plenitudo tēporis misit deus filium suuꝫ natū ex femina siue muliere. factum sub lege. vt eos qui sub le ge erant redimeret. Et de isto procul q̄tum ad vtrūq; horū di citur in li. Nume. xxiiij. ca. Heu quis victurus est quando ista faciet omnipotēs. quasi diceret. procul est a nobis tēpus illud. et Abacuc. ij. Scribe visum & explana eum sup tabulas vt per currat qui legerit eum. quia adhuc visus procul & apparebit in finem. & nō mentietur. si moram fecerit expecta illū. qa ve niens veniet & nō tardabit. Et uocat visum reuelatōnem sibi ostensam a domino de precio redēptōis & ꝑcio glorificatōis.

B Est etiam ꝓcul in natura. qđ patet. quia preciū mulie ris deus est. qui principiū omniū est. mulier autē finis omniū creaturaruꝫ est. et finis & principium in natura maxime ꝓcul sunt. Et hoc est qđ dicit in Ecclesiastico. xxiiij. Doctrinā qua si antelucanū effundam. & enarrabo eam vsq; ad longinquū. Doctrina que est quasi antelucanū. est doctrina creatōnis quā ostendit deus in creaturis. sed enarrata est vsq; ad hominē. qa homo distat ꝑ gradus omniū entium. vt dicit Gregorius. Est em̄ cum lapidibus. & viuit cum arboribus. sentit cum aīalib9 et rōcinatur cum angelis. Similiter Isa. ca. lv. quia sicut exaltā tur celi a terra. sic exaltate sunt vie mee a vijs uestris. et cogita tiones mee a cogitatōibus vestris. Celum primū est in loco & terra vltimū. et sic deus primū est in natura & homo vltimuꝫ. Et hoc bene signatū est Gene. xxiiij. vbi dicitur ꝙ Ysaac eleua tis oculis ꝓcul vidit venientes camelos in quibus adducebat Rebecca. Ysaac filius dei est. Rebecca aūt ecclesia. qa rebecca in terꝑtatur que multuꝫ accepit. et signat ecclesiam. q. accipit oīa carismata gratiaꝝ. Cameli aūt. in quibus uenit. ꝓpter gibbo sitatem signāt carnē que gibbosa est. ꝓpter mortalitatē & infir mitatem in quā cecidimus. Et dicit procul eam videre Ysaac ꝓ pter distantiā dignitatis nature sue a natura nostra. Et hoc est etiā qđ dicit Exodi. xx. Cūctus populus audiebat voces. & lā pades videbat & sonitū buccine montēq; fumantē & ꝑterriti ac pauore ꝯcussi steterūt ꝓcul. Mons eminentia diuine natu re est. Fumus aūt euaporatio creature est ab ipsa. non de essen tia quideꝫ. sed de voluntate. quia dicit Damas. ꝙ creatura est opus volūtatis existens. voces autē sunt ꝑcepta & mādata le

gis. Et buccine sunt voces ꝓphetarum quibus cognoscimus elongatõem & altitudinem diuine nature. & admiratiõe consussi: cognoscimus nos ꝓcul stare ab ipso qui p̄ciū nostrū est.

C Tercio mō ē ꝓcul elōgatõe a nostra cognitõe. quia parum de ipso cognoscimus. Sicut dicit. xxxvi. Iob. Omnes vident eum. vnusquisqꝫ intuetur ꝓcul. Ecce deus magnus vincens sciētiā nostrā. et numerus annoꝝ eius inestimabilis est. Et hoc signatū est Gene. xxij. vbi dicitur. ꝙ die tercio Abrahā vidit procul locum qui dicebatur mons visionis. Tres em̄ dies sunt tres illuminatões diuine quibus cognoscimus deū. Prima est per vestigiū. quando scꝫ cognoscimus eum ꝑ creaturas irrõnales. Secūda est per imaginem quādo cognoscimus eū ꝑ rõnales creaturas. Et tercia est qn̄ cognoscimus eū in seipso. & tunc videmus ꝓcul & ideo obscure.

D Quarto mō ꝓcul est q̄tū ad latitudinē precij. qa deus. qui p̄cium nostrū est. vbiqꝫ est. Et de hoc dicitur Iosue primo. Omnē locum. quē calcauerit vestigium pedis vestri. vobis tradam. sicut loquutus suꝫ Moysi a deserto et libano vsqꝫ ad fluuiū magnū eufraten. omnis terra etheorum vsqꝫ ad mare magnum circa solis occasum erit terminus vester. Desertum dicit mūdus eo ꝙ non habitatur. sed potius transit. Lybanus dicit cōgregatio sanctoꝝ in patria. quia lybanus interp̄tatur candidatio. & sancti candidati erūt. vtraqꝫ stola corporis & aīe scꝫ Fluuius aūt magnus eufrates. qui interp̄tatur crescens vel frugifer. signat gloriā hominis christi. qui creuit & fructificauit ad gloriā omniū sanctoꝝ. Terra vero etheorū infernus est dānatorū. quia ethei formidātes interp̄tant. Sed mare magnum est ꝓfunditas amaritudinis demonū. Locus aūt occasus solis est habitatio eorum qui in originali peccato defuncti sunt. qa illis non oritur lumen visionis dei. Et sic quocūqꝫ ponant vestigiū ꝯsiderationis sue. habent p̄cium dum gaudent de iusticia puniente reprobos. & remunerante pios

E

De vltimis aūt finibus est tribus modis. scꝫ	Nature Anime Beatitudinis

Vltime fines nature sunt diuinitas & humanitas. vt dictuꝫ est. quia ex parte principij vltra diuinitatem nō est procedere ex parte autem creature non est procedere vltra humanitatem Et hoc est quod dicitur. viij. Sapien̄ ꝙ attingit a fine vsqꝫ ad finē fortiter & disponit omnia suauiter. Primū quo ad incar-

tiationem. secūdū quo ad glorificatōnem intelligitur. Et ideo dicitur. x. Iohā. Ingredieť & egredieť & pascua inueniet. scdm Augusti. Intus scꝫ ingredietur: & inueniet pascua fruitiōis in saluatoris diuinitate: & foras egredieť. & inueniet pascua fruitionis in humanitate Fines aīe sunt duo. scꝫ summa ueritas que est finis intellectꝰ. et summa bonitas que est finis affectus Et de hoc loquitur. lviij. Isa. Implebit splēdoribus animā tuām et ossa tua liberabit. Anima em̄ quo ad intellectum splendore ueritatis impletur. et robur ipsius affectus est summa bonitas: per cuius influxum ab om̄i miseria liberabitur. De hoc eodem habetur Iohan. primo. Vidimus gloriam eius: gloriaꝫ quasi vnigeniti a patre plenuꝫ gratie & ueritatis. Gratie. quo ad bonitatē affectus. veritatis quo ad illustratōem intellectus

	In ueritate boni qđ est beatitudo
Finis btitudinis est in tribus. scꝫ	In vniuersalitate eiusdem
	In indeficientia

De primo dicitur in euangelio Luc. xviij. Nemo bonus nisi solus deus De vniuersalitate diciť. vij. Sapieñ. Venerūt mihi omnia bona pariter cum illa. Et Boe. libro. iij. de ꝯso. phy. Beatitudo est status omniū bonorū aggregatione perfectus.

De indeficientia habetur Apoca. ultimo Iam nō erit amplꝰ neqꝫ luctus neqꝫ clamor. sed nec vllꝰ dolor. qm̄ priora trāsierūt

In his tribus finibus beatitudinis. scꝫ in uero bono. in vniuersali. et indeficienti. est gaudiū plenum De quo dicit dominus Iohan. xvi. Petite & accipietis ut gaudiū uestrū plenuꝫ sit

F Precium etiam. quod procul et de ultimis finibus est. triplex est scilicꝫ

	Redemptionis
Precium	Regni
	Corone

De precio redemptionis habetur. xxvij. Math. Acceperunt triginta argenteos. preciū appreciati. quem appreciauerunt a filijs israel. & dederūt eos in agrū figuli. sicut ꝯstituit mihi dominus. precium appreciati est preciū iude qui appreciatus est a filijs israel ut traderet dominū. et hoc precium datum est in agrum figuli redimendū. Ager figuli est humana natura de q finxit nos deus. Et de hoc habetur zacharie. xi. Appenderunt mercedem meam triginta argenteos. & dixit dominus ad me Proijce illud ad statuariū decoꝝ preciū quo appreciatus sum

ab eis: & tuli triginta argenteos. et proieci illos in domo domi-
ni ad statuariũ. Statuarius faciens imaginem decoris deus est
triginta argentei preciũ vniuersitatis. domus domini ecclesia
Proiecimus ergo triginta argenteos in domũ domini ad redẽ
ptionem nostram. quãdo preciũ vniuersitatis in ecclesia obla
tum est deo ad redemptõem fideliũ. Sicut dicitur in psalmo.
Apud dominũ misericordia. & copiosa apud eũ redemptio.
Et alibi in p̄s. Redemptõem misit dominus populo suo. man
dauit in eternũ testamentũ suũ

G Precium aũt regni est denarius diurnus qui datur labo
rantibus in vinea. De quo habetur. xx. Math. ꝙ cõuentõne fa
cta cum operarijs ex denario diurno. misit illos in vineã suã
Et post laborem diei. id est meritũ vite: acceperunt singuli sin-
gulos denarios. id est regnũ celorum. De hoc eodẽ habetur in
psal. Cum dederit dilectis suis somnũ. scꝫ post mortem. ecce he
reditas domini filij merces. hoc est merces que debetur filio. &
hec merces est fructꝰ uentris. scꝫ virginis. id est christus. qui est
merces & beatitudo nostra.

H De precio corone habetur prima ad Chorin. ix. vbi
sic dicit ap̄lus. Hi qui in stadio currũt. omnes quidem currũt
sed vnus accipit brauiũ. Brauiũ autẽ est corona currentis vel
agonizantis. et ideo sequitur. Omnis. qui in agone contendit.
ab omibus se abstinet. et illi quidẽ ut corruptibilẽ coronã ac-
cipiãt. nos aũt incorruptam. Item in Isaia. xxviij. Erit dominꝰ
exercituũ corona glorie. & sertũ exultatõis residuo populi sui
Et in secũda ad Thimo. iiij. Bonũ certamen certaui. cursum cõ
summaui. fidem seruaui. in reliquo reposita est mihi corona
iusticie. quam reddet mihi dominus in illa die iustus iudex.
Non solũ aũt mihi sed et his qui diligũt aduentũ eius

Capitulũ. ij. § primus.

b Eth Prescribitᷣ secũdo capitulo. Et est secũda lit
tera hebreorum. Describitur duobus mo-
dis Beth. scꝫ per. d. et per th. in fine A Primo mõ
scriptũ interpretatᷣ filia uel mensura. Secũdo mõ in
terpretatᷣ domus vel habitaculũ. Quãtum ad primã interp̄ta
tionem notatur ibi tria. scilꝫ regimen quo regitur filia a patre
suo ad diligendũ sponsum. Mensura amoris illius. Et castitas

De primo habeṫ in psal. Audi filia et vide & inclina aurē tuā et obliuiscere populum tuū & domū patris tui & cōcupiscet rex decorem tuum. De secūdo habetur in. vi. Deutro. Diliges dominū deum tuū ex toto corde tuo: & ex tota anima tua: & ex totis viribus tuis. Ex toto corde. in omnibus que potest appetere cor nihil ei equiparetur vel preponatur vel cōparetur. quia ille qui incomparabiliter excedit oīa in amore cordis nostri nulli debet comparari. Ex tota aūt anima diligitur. qm̄ propter desideriū uolūtatis cōtinue pendens ad ipsum in incogitatu animi nihil preter dilectū uersatur. Sed ex omnibus viribus tūc diligitur quādo cogitatus & desiderium in strenuitate operis monstrātur. Et sic pz ꝙ mensura dilectionis est non habere mensuram. Castitas autē amoris notatur in hoc ꝙ sponsa dicitur filia patris sponsi. et ideo etiam ipsa sponsa sponsum uocat fratrem in affectu dilectionis. sic loquens ad ipsum in. viij. Canti. Quis mihi det te fratrē meum sugentem ubera matris mee. ut inueniam te solum foris & deosculer te. et iam me nemo despiciat. Mater sponse sapientia ingenita est cuius ubera sc3 intelligentie & saporis spiritus suxit christus ꝑ vnionem ad sapientiam non ingenitam. sed increatam ex intelligentie ubere sugens lac ueritatis. sed ex altero ubere scilicz saporis spiritus.. sugit lac bonitatis: qua nos redemit. Sponsa etiam ex eisdem uberibus pro modulo suo idem lac sugit. quia scdm intellectū3 illustratur candore lactis diuinitatis. et scdm affectū q̄si quadā esca liquēte reficiṫ dulcedine bonitatis.

Duo em̄ sunt in lacte. sc3 candor. & esca liquens. Ideo etiam econuerso sponsus sponsam uocat sororem in. v. Canti. sic dicens. Aperi mihi soror mea: amica mea: columba mea: immaculata mea. dicit aperi mihi. desiderans cor aperiri per desiderij dilatationem. Sed sororem vocat propter castitatem amplexuum. Amicam aūt propter conformitatem bonitatis. Colūbam uero propter simplicitatem & immunitatem fellec amaritudinis in appetitu. quia scdm Platonem. appetitus in epate est in quo colūba felle caret. Sed immaculatā dicit ꝑpter innocentiam actionis.

B Scdm aliam interpretationem interpretatur Beth domus uel habitaculum. Et dicitur ibi domus familia. scdm ꝙ dicitur in psalmo. Dom⁹ Aaron benedicite domino. domus Leui benedicite domino. Et in primo Exodi. Quia timuerūt deum obstetrices edificauit illis domos. Et sic mulier fortis di

citur in qua est confidentia viri sui. Tum propter castuꝫ amorem. quia non diligit alium. Tum propter familie prouidam dispensationem. quia propter eam alio nõ indiget yconomo quia fideliter dispensat. Tum etiam propter hoc. quia mulier habitaculum cordis viri sui est. Sicut dicitur Deutro. xxxiij. Amantissimus domini Beniamyn habitabit cõfidenter in eo quasi in thalamo tota die morabitur. & inter humeros illius requiescet. Beniamyn filius dextre interpretaẽ. et significat mulierem fortem. in qua confidenter cor viri sui habitat. propter prudentiam qua totam domũ viri regit utiliter. & in ea moratur sicut in thalamo propter delicias amoris eius. Sed inter humeros eius longanimitatis scꝫ & patiẽtie. quibus quasi duobus humeris portat pondus diei & estus desiderabiliter requiscie. Et hoc est quod sequitur.

¶ Confidit in ea cor viri sui et spolijs non indigebit

In quo versu duo notantur siue considerantur Primum est confidentia viri in muliere. Secũdũ est affluentia diuitiarum ꝑpter prudentiaꝫ mulieris. et hoc tangiẽ ibi. Et spolijs nõ indigebit. In primo quattuor notanda sunt. scꝫ confidentia viri. et scdm quid est illa confidentia. quia scdm cor eius est. & cuius sit ista ꝯfidentia. quia viri sui. et in quo est. quia in ea scꝫ muliere. Circa primum duo notanda sunt. scꝫ causa confidentie viri in muliere. et in quibus cõfidit ei. Est aũt triplex causa quare vir cõfidit mulieri. Prima est. quia nulli p̃ter eum mulier intendit. Secũda. quia nullũ p̃ter virũ ꝓprium querit. Tercia, quia nullius alterius amore delectatur. De primo habetur Canti. vij. Ego dilecto meo supple intendo. & ad me cõuersio eius. Et in p̃s. Expectãs expectaui dominuꝫ. & intendit mihi. Et inde est etiã illa uox desiderij. Isa. xxviij. Manda remanda. manda remanda. et respondet dilectus. Expecta reexpecta. expecta reexpecta modicũ ibi modicum ibi. Modicũ in actione et modicũ in cõtemplatione De secundo habeẽ Iudith. xv. Tu gloria Hierusalem, tu letitia israel. tu honorificẽtia populi nostri. quia fecisti viriliter. & ꝯfortatũ est cor tuũ. eo ꝙ castitatẽ amaueris. & post virũ tuũ alterũ nescieris. Ideo & manus dñi ꝯfortauit te. & ideo eris benedicta in eternum De tercio habeẽ Canti. v. Dilectꝰ meꝰ candidꝰ & rubicũdus. electꝰ ex milibus. Candidꝰ est ꝑpter fulgorẽ ueritatis. & rubicũdꝰ ꝑpter feruorẽ charitatis. electꝰ aũt ex milibꝰ Sicut diciẽ in p̃s. Quid em mihi est in celo. & a te quid uolui sup̃ terram

D Secūdo notandū est in quibus cōfidit. Et sunt sex que ꝑfectam faciūt cōfidentiam viri in uxore. Primū est fides thori. Secūdum redditio debiti. Terciū fecūditas ꝓlis. Quartum vtilis familie dispensatio. Quintū bonorū conseruatio. Sextū per lucrum quottidianū eorūdem bonorū multiplicatio De primo p contrariū dicitur. xxviij. Isa. Coangustatū est strā stratum ita ut alter decidat. & pallium breue vtrūq; operire non potest. Stratū est quies cordis. Palliū aūt pallium charitatis: in quibus non potest esse deus cum adultero. Et hoc est q̄d dicit̄ Osee. ij. Vocabit me vir me⁹: & nō vocabit me ultra Baalim. & auferā noīa Baalim de ore eius. & nō recordabitur ultra nominis eorū. Baalim interp̄tantur viri quos aufert deus ab ore anime fidelis. quādo p fidelitatem. quā habet ad virum ꝓprium. seruat fidem deo. ut nō admittat adulterum. id est dyabolum uel mūdum cum quibus fornicetur

E De secūdo habet̄ in Gene. xxx. vbi dicit Lya ad Iacob. Ad me intrabis. quia mercede conduxi te pro mandragoris filij mei. Debitū em: q̄d sponsa recognoscit in sponso: iustū est. ut etiam in se exhibeat. Est aūt mandragora genus pomi. & signat bona opera quibus quasi obligatur deus ad amplexum amoris debiti. De hoc eodē intelligit̄ hoc q̄d habetur Canti. primo. Ecce tu pulcer es dilecte mi & decorus. lectulus noster floridus. tigna domorū nostrarū cedrina. laquearia nostra cipressina. Lectulus cōscientie siue corporis quies est. quia floridus est per debiti & mutui amoris exhibitōem. Domus quidem mens est. tigna quibus cōsummatur domus: sunt dona spūssancti. et cedrina dicūtur ꝓpter imputribilitatē ꝑseuerantie. Laquearia: quibus operitur: sunt bonū exemplū & bona intentio. Dicit em̄ ibidem glosa q̄ cipressus alta odoris optimi est: medendis corporibus apta. Et horum vnū. sc; intentio bona multum est odorifera in naribus dei. & a corpore nostre cōuersatōnis fugat morbum uanitatis. Iuxta illud Math. vi. Lucerna corporis est oculus tuus. Ibi in glosa. lucerna cōuersationis tue est intentio tua. Si oculus tuus fuerit simplex: totum corpus tuū lucidū erit. si autem oculus tuus fuerit nequā totum corpus tuū tenebrosum erit. Bonum vero exemplum odoriferū est in notitia hominū. et aufert a corpore. q̄d est ecclesia. morbum scandali. Sicut dicit dominus Mathei. v. Sic luceat lux uestra coram hominibus. ut videant opera uestra bona: et glorificent patrē uestrū qui in celis est.

F Tercium est fecūditas prolis. De quo habetur in Gene. xxix. Copulabitur mihi maritus meus. eo ꝙ genuerim ei tres filios. idcirco appellauit nomen eius leui. id est adauctus. scilꝫ opera cordis. oris & manus. Per cōtrariū dicitur in Iob. xxiiij Pauit sterilem & que non parturit & vidue non benefecit. Sterilis que non parturit est caro. quam carnaliter viuentes insequūtur. Vidua autem est anima que posset producere multos filios si proprio viro coniūgeretur. Quartum est utilis dispensatio familie. De qua habetur. x. Thobie. Quia Raguel & uxor eius Anna monuerūt filiam suam honorare soceros: diligere maritum. regere familiam. gubernare domū. et seipsam irreprehensibilem exhibere. Et Ruth ultimo. Faciat dominus hanc mulierem: que ingreditur domum tuam: sicut Rachel & Lyam. que edificauerūt domū israel. ut sit exempluꝫ virtutis in effrata. & habeat celebre nomen in Bethleem. Rachel edificauit & rexit domū contemplationis. Lya vero domū & familiam actionis. Et ideo est exemplum in effrata. hoc est in fructificatione bonorum operum. Et in bethleem que interpretat̄ domus panis. hoc est in contemplatōne: in qua familia cordis cibatur pane vite & intellectus. et aqua sapientie salutaris potatur. ut habetur Ecci. xv.

G Quintum est bonorū cōseruatio. Et de hoc habetur infra in laudibus eiusdē mulieris. Considerauit semitas domus sue & panem ociosa nō comedit. Et. xxvi. ecci. Mulieris bone beatus vir. Numerus em̄ annoruꝫ illius duplex. Annus est circularis congregatio dierum. et significat vniuersitatem bonorum operū mulieris ipsius

H Sextum est eorūdem bonorum operum multiplicatio Et hoc signatum est in uxore Thobie iunioris. per quam multiplicatus est in bonis. cuꝫ ante pauper esset. et similiter in uxore Thobie senioris. De qua legitur Thobie. ij. ꝙ ibat ad textrinum opus tota die: et de labore manuū suarum victum. queꝫ consequi potuisset. deferebat. In textrino opere filum filo contexitur ut tela efficiatur. Et sic est in operibus quando opus operi per charitatem cōnectitur ut indumentum contexatur. et ideo in laudibus eiusdē mulieris infra dicitur. ꝙ facta est q̄si nauis institoris de longe portans panem suū. Et iterum Multe filie ꝯgregauerūt diuitias: tu sola supgressa es vniuersas

I Sequitur. scdm quid confidit in ea. quia scdm cor Dicit em̄. confidit in ea cor viri sui. Et notādū ꝙ quidam corde cō

fidunt vxoribus suis. et quidam verbo solo: & nō corde. quidaȝ vero custodia exteriori: & nō corde nec verbo. Primo mō ꝯfidit in muliere forti cor viri sui. vnde habet͂ Eccī. xxvi. Mulier fortis oblectat virū suū. & annos vite illius in pace implebit. Item ibidem infra. Gratia mulieris sedule delectabit viruȝ suū & ossa illius impinguabit Verbo aūt solo ꝯfidit quando quidē in opere nullius habetur argumentū cōfidentie. sed expectatur in futurum post ꝯuersionē. Et ideo tūc vir insistit verbis conuersionis. Et hoc est qđ dicitur Hiere. iij. vulgo dicit͂. Si dimiserit vir uxorem suā / & recedens ab eo duxerit uirū alterꝝ nūquid reuertetur ad eum ultra. nūquid nō polluta & ꝯtaminata erit mulier illa. Tu aūt fornicata es cū amatoribus multis: tamen reuertere ad me dicit dominus: & ego suscipiam te. De tercio habet͂. ij. Osee. Ecce ego sepiam viā tuā spinis. & sepiam eam maceria. & semitas suas nō inueniet. & sequet͂ amatores suos: & nō apphēdet eos. & q̄ret eos & nō inueniet. & dicet vadā et reuertar ad virū meū priorē. qa bene erat mihi tūc magis ꝙ̄ nūc. Spine sunt tribulatōnes: & maceria paupertas quibus aliquis impedit͂ ne apprehendat ea que sequitur in concupiscentia mundi. et tunc quando nō potest habere ea q̄ concupiscit: redit ad cor: & incipit timere dominum ut quia non potest habere delectationem in presentibus: saltem spem habeat futurorum

K Sequitur ꝯsiderare cuius sit ista ꝯfidētia. quia viri sui Et dicit Gregorius. ꝙ vir est qui ꝯtra biformes insultus fortune vniformi cōstantia mentis militat p̄munitus. Fortune enī insultus est per aduersa & prospera. sed vniformi constātia militat contra fortunā qui nec eleuatur in prosperis nec deprimitur in aduersis. Et iste vir p̄cipue christus est. de quo dicitur in psal. Beatus vir qui nō abijt in cōsilio impioꝝ: & in via peccatorū non stetit: & in cathedra pestilentie nō sedit. Consiliuȝ impiorū est transgredi preceptū: a quo aliquis abit per cōsensum. Via uero impioꝝ est opus peccati. in qua stat aliquis p̄ cōsuetudinem operis. Sed cathedra pestilentie est doctrina mali per exemplum & uerbum. in qua sedet aliquis quādo adulatur malis & exprobrat bonis. Sequitur hoc qđ dicit in ea. In quo notatur id in quo est confidentia viri. quasi scȝ in muliere. Sicut autē tria sunt que attendūtur in formatione prime

.ſ. primus et ſecũdus

mulieris. ita tria ſunt que ſeruãt confidentiam viri in muliere Primũ eſt ꝙ mulier non eſt accepta de capite. ſed de latere. In quo notatur reuerentialis ſubiectio mulieris ad virum. & ꝗ⸗diu exhibet ei reuerentiã debitã: tamdiu confidit in ea cor vi⸗ri. Et de hoc dicit apl's prima ad Chorꝫ. xi. Volo autẽ vos ſcire ꝙ omis viri caput eſt chriſtus. caput autem mulieris vir. ca⸗put uero chriſti deus Secũdum eſt ꝙ non eſt accepta de pedi bus. ſed de latere. In quo notatur exhibitio mutue ſocietatis. et ꝗ̃diu exhibet illam mulier uiro: tamdiu confidit in ea vir. Et hoc eſt quod allegat primus homo in excuſatione ſui dicẽs illud Gene. iij. Mulier quã dediſti mihi ſociaꝫ dedit mihi & co medi. quaſi diceret. In ſocia debui habere fiduciã Terciũ eſt. ꝙ accepta eſt de coſta: que pars eſt vicina cordi. Et in hoc nota tur intimus amor exhibitus viro ab vxore. vnde etiaꝫ Adam dixit uxori. Hoc nũc os ex oſſe meo. & caro ex carne mea. quã obrem relinquet homo patrem & matrem & adherebit vxori ſue. & erunt duo in carne vna. Spiritualiter auteꝫ ſunt duo in corde vno. quia qui adheret deo vnus ſpũs eſt cuꝫ eo. ſicut di⸗cit apl'us prima ad Chorꝫ. vi.

A ſ Secũdus

Equit͂ de affluẽtia diuitiarũ huiusmulieris. que tangit͂ cũ dicitur Et ſpolijs nõ indigebit. Et poteſt accipi ſpoliũ in bono ſcd'm ſenſum vnũ. & in malo ſcd'm ſenſum alium. Si ac cipiatur in bono: tũc iſte eſt ſenſus. Spolijs nõ indigebit. quia fortis eſt & ſufficientia ſpolia detrahet inimicis. Si autem acci piat͂ in malo: tunc ideo nõ indigebit ſpolijs. quia habũdat li⸗citis. Secundum primum ſenſum notandum eſt. ꝙ mulier fortis tres inimicos ſpoliat. ſcilicet. Dyabolum. mundum. & carnem. Et a quolibet iſtorum duo ſpolia aufert. A dyabolo aufert diſcretionem ſpirituum per experimentum multarum tentationum. et ſollertiam obuiandi tentationibus dyaboli. per frequentem victoriam tentationum eius. De primo dicit apoſtolus in ſecunda ad Chorinte. ſecũdo. Nam & ego quod donaui. ſi quid donaui propter uos in perſona chriſti. ut non circũueniamur a ſathana. nõ em̃ ignoramus cogitatiões eius

Beth Capl'm secūdū

B De secūdo habetur Canti.iiij. Sicut turris Dauid collum tuū. que edificata est cum ꝓpugnaculis. mille clipei pendent ex ea. omnis armatura fortium. Collum per quod caput ꝯiungitur corpori. significat mentem ꝑ quam anima ꝯiungitur deo. et illa est sicut turris Dauid munita ꝑ fortitudinē. fundata in monte altitudinis spiritus. edificata cuꝫ propugnaculis. hoc est habens artes spiritualis cuiusdam sollercie. quibus repellat tentationes demonū. Et ibi suspensi sunt mille clipei. In quibus significatur ꝑfecta angelorum custodia. Millenarius em̄ perfectus est numerus. ut supra dictuꝫ est. Armatura uero fortium sunt in memoria retenta exempla sanctorū. quibꝰ tanq̄ armis vsi sunt contra dyaboluꝫ. Et hoc est qđ dicitur in p̄s. Benedictus dominus deus meus' qui docet manus meas ad prelium. & digitos meos ad bellum. In manibus em̄ fortitudo bellandi. in digitis diligentia & subtilitas significatur. Et hoc est qđ dicitur. Isaie. xi. de sanctis Volabunt in humeros philistijm. per mare simul p̄dabūtur filios orientis. Philistijm interpretantur potione cadentes. et significant demones. quia primitus calicem ire dei bibentes in ꝓfundum inferni ceciderunt. Humeri eorū sunt machinationes inique in quibus portant animas ad peccata. in quos humeros uelocitate quadam spūalis exercitij uolant sancti predantes filios oriētis id est demones. qui primo habitabāt in ortu luminis eterni. sed postea ꝑ culpā depressi sunt ad occidua tenebrarū.

C A carne etiā auferūtur duo spolia. scꝫ mortificatio carnis. et vigor castitatis. De quibus dicitur. xl. Iob. Nūquid implebis sagenas pelle eius. & gurgustium piscium capite illius. quasi diceret. nō tu sed ego. Pellis dyaboli concupiscentia carnis est. Sagena aūt est fides christi qua extrahit̄ pellis ista. Gurgustium aūt est temperantia castitatis que impletur capite serpentis: dum primi motus eius excludūtur. Et hoc est qđ dicit̄ ix. Isa. Letabūtur coram te sicut qui letātur in messe. sicut exultant victores capta preda quādo diuidūt spolia.

D A mūdo etiā aufert spolia duo. scꝫ scientiā huius mundi. et virtutem ꝯsuetudinalem. Hoc signatur in Exo. xij. Fecerunt filij israel sicut preceperat dominus Moysi. et petierūt ab egyptijs uasa argentea & aurea vestemq; plurimā. Dedit autē dominus gratiam populo coram egyptijs ut accōmodarent eis. & spoliauerūt egyptios. Itē Exo. iij. Cum egrediemini ab egypto non exibitis uacui. sed postulabit mulier a vicina sua

et ab hospita sua vasa argentea & aurea ac vestes. ponetisque super filios & filias vestras. & spoliabitis egyptū. Egyptus mūdus est. filij ecclesie predicatores virilia opera faciētes Filie aūt penitentes simplices. Vasa autē argentea: scientie eloquentia. Vasa aurea: scientia sapientie. que est de rebus huius mūdi. Vestes aūt consuetudinales virtutes sunt. que sancti a mundanis sapientibus tanque iniustis possessoribus vendicant. Idem dicitur Gene. xxxi. A filijs laban tulit Iacob omnia que fuerūt patris nostri. et de illius facultatibus ditatus factus est inclitus. Laban candidatio interpretatur. et significat mūdum candiduz in scientijs philosophorum & ciuilitate virtutū consuetudinalium. Filij autē Laban sunt filij huius mundi cum querimonia cognoscentes omnem scientiam et virtutem huius mundi in ecclesia consistere

E Si aūt spolium in malo accipiatur. tūc ideo non indigebit spolijs. qa habūdat licitis dimittens vnicuique quod suū est. scz deo. mūdo. & dyabolo. Deo dimittit gloriam & dominatum. Mūdo uanitatem & voluptatem. Dyabolo supbiam et inuidiam. Qd gloria dei sit dimittere vnicuique qd suum est habetur Isa. xlij. Gloriam meā alteri nō dabo. Item ibidē. Ego dominus & non alius preter me. et per hoc habetur quod dominatus sit eius. Item Luce. ij. Diuidūt angeli inter nos & deum nobis dantes pacem: deo gloriam. vbi dicūt. Gloria in altissimis deo: & in terra pax hominibus bone volūtatis. Sic nō est inter vos. sicut habetur. xxij. Luce. Sed qui maior est in vobis fiat sicut minor. & q pcessor est sicut ministrator. Naz quis maior est qui recūbit aut q ministrat. nōne qui recūbit Ego aūt in medio vestrum sum sicut qui ministrat.

F De vanitate & voluptate mundi dicitur. v. Isaie. Ve q trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis: & quasi vinculuz plaustri peccatū. Hec iniquitas uoluptas. quia inequalem facit hominem. carnem em̄ facit imperare & spiritū obedire. cum econuerso deberet esse. Et propter hoc ante parum in eodem capitulo loquens de vtroque sic dicit. Ve qui consurgitis mane ad ebrietatem sectandam & potandū vsque ad vesperam vt vino estuetis. Et hoc quantum ad voluptatē. quia in estu vini intelligitur luxuria. Dicit em̄ Hieronymus quod venter mero estuans: facile despumat in luxuriā. Et postea subinfert etiaz de vanitate. Cythara & lyra & tympanum & tybia & vinum in cō

uiuijs vestris. & opus domini nō respicitis. nec opera manuū eius consideratis

G De superbia dyaboli dicitur Ezechi. xxviij. Eleuatū est cor tuum in decore tuo. & perdidi sapientiam tuam in decore tuo. in terram proieci te. ante faciem regū dedi te. vt cernerent te in multitudine iniquitatum tuarum. Reges dicūtur hic superbi. volentes regnare cum mūdo. quibus in exemplū damnationis proponitur cernendus dyabolus. Item Iob. xli. dicitur de dyabolo. Omne sublime videt. et ipse est rex sup omnes filios superbie. De inuidia ipsius habetur. ij. Sapien. Deus creauit hominem inexterminabilem: & ad imaginem similitudinis sue fecit illum. Inuidia autem dyaboli mors intrauit in orbem terrarum. imitant aūt illū qui sunt ex parte illius

A

Capitulū. iij. § primus

ymel Reddet ei bonū & nō malū. oibꝫ &c.

Gymel interpretat plenitudo vel retributio: quibus simul iūctis: plenam retributionem importat quā vir reddet mulieri: & mulier viro viceuersa. Sicut dicitur in psal. Quid retribuaꝫ domino pro omnibus que retribuit mihi. Calicem salutaris accipiā: & nomen domini inuocabo. Et hec interpretatio alludit sententie versus sequentis. in quo agitur de retributōne Distinguitur autem versus ille per duo. scꝫ per redditiōem eius quod debetur Et per perseuerantiā redditionis. Primū notatur ibi. (Reddet ei bonum & nō malum). Secūdum ibi (Omnibus diebus vite sue) Circa primū notant duo que reddit vir mulieri Quorꝫ vnū est bonū. Alterum est nō malum. Que duo sic distinguūtur. vt bonum dicat bonū simpliciter prout est bonuꝫ nature: gratie: & glorie. Non malum aūt dicit aliquod malum pene. quod tamen patienti nō est malum. Quia vel est ad remissionem delicti. Sicut fuerūt pene Dauid quas passus est a Saul & Absolone & ab angelo percutiente. Vel ad probationem virtutis. Sicut fuit pena Thobie. Vnde etiā angelus dixit ei. Placuisti deo: necesse fuit ut tentatio probaret te. Vel vt alijs detur exemplum patientie. Sicut fuit pena beati Iob. Vel ad gloriaꝫ dei manifestandā. Sicut fuit pena ceci nati. De quo legitur. ix. Iohan. Vnde etiā dominus dicit de eo. Neqꝫ hic peccauit neqꝫ

parentes eius: sed vt manifestetur opera domini in illo. Quin-
to etiam est ad manifestationem delicti paterni. Sicut fuit infir
mitas & mors filij dauid quē genuit Bersabee primo. sicut le-
gitur. secūdo Regum. xij. Sexto est signum maledictionis anti
que. Sicut sunt pene quas patimur. in signū maledictōnis pec
cati Adam. Septimo ad humiliationem. Sicut fuit stimulus
apostoli. de quo legitur secūda. ad Chorin. xij. vbi dicitur Ne
magnitudo reuelationum extollat me: datus est mihi stimu-
lus carnis mee angelus sathane: qui me colaphiset. propter qd
ter dominum rogaui vt discederet a me. et dixit mihi. sufficit
tibi gratia mea. nam virtus in infirmitate perficitur. Octauo
est ad redemptionem nostram. Sicut fuit passio Iesu christi Ma
thei. xxv. Nono ad probatōem veritatis fidei. Sicut fuit pas-
sio martyrum. et septem fratrum. de quibus legitur. secundo
Machabeorum septimo. Decimo. ad inchoationem eterne
damnationis. Sicut fuit pena Anthiochi. de quo legitur. secū-
do Machabeorum. ix. Et postea Herodis; qui cōsumptus ver-
mibus expirauit. sicut legitur Actuum. xij. Sic ergo vir reddit
vxori bonum simpliciter & non malum. id est penam que nō
est mala sibi

B Et sunt primo notande quinq; rationes: ex quibus vir
reddit vxori quod debet Quedam em̄ reddit ex beneplacitō
disponente.. Quedam ex promisso. Quedam ex merito vxo-
ris. Quedam ex affluentia libertatis sue. Quedam ex iure ma-
trimonij Ex beneplacito disponente reddit bona predestina
tionis. sicut est bonum creatiōis vt simus. & bonum gratie pre
uenientis vt bene simus: Et de hoc dicitur in psalmo. In splen-
doribus sanctorum ex vtero ante luciferū genui te. Et dicitur
ibi vterus potentia generatiua patris. et dicitur filius sapientia
patris: in qua splendent omnes sancti qui sunt in ipso vita &
lux. Iohānis primo. Et ideo dicit̄ ad Roma. primo. ꝙ christus
hō p̄destinatus est filius dei in virtute scd̄m spiritū sanctificati-
onis. hoc est scd̄m sp̄m sanctificantē sanctos. Dicit̄ em̄. viij. ad
Roma. Qm̄ q̄s p̄sciuit hos etiā p̄destinauit ꝯformes fieri ima-
ginis filij dei. vt sit ipe primogenitꝰ ī multis fratribꝰ. quos aūt
p̄destinauit hos & vocauit. et quos vocauit: hos & iustificauit
quos aūt iustificauit: illos & magnificauit. Et cū hoc reddit nd
malū timoris futuri periculi. qa nemo securꝰ est dū viuit ꝙ nō
cadat a salute. Vn̄. iij. Apoc. Tene qd habes. vt nemo accipiat
coronā tuā. et. ix. Eccēs. Nescit hō utrq; amore an odio dignꝰ sit

Et in eodem libro.viij.ca. Vidi impios sepultos.hoc est impie-
tate mortuos.qui etiā dum adhuc viuerent in loco sancto erāt
et laudabūtur in ciuitate quasi essent iustorum operum.Et Hie
remie.xviij.scribitur causa huius vbi dicit dominus. Subito lo
quatur de gente & regno vt edificem & plantem illud. Si fece-
rit malum in oculis meis:vt etiam nō audiat vocem meā peni
tentiā agam sup bonū quod loquutus sum vt facerem ei

C Que aūt reddit ex promisso sunt bona redemptionis .si
cut dicitur in psal.Iurauit dominus et nō penitebit eum. tu es
sacerdos in eternū scd'm ordinem melchisedech. Sacerdos inq̄.
eo ꝙ scd'm ritum melchisedech sub similitudine panis & vini
corpus obtulit in cibum:& sanguinem in potum. et in ara cru
cis animā obtulit in p̄cium redemptionis.Et scd'm interpreta-
tionem:Melchisedech rex pacis est & rex iusticie.quia sicut dicit
ad Ephe.ij.Ipse est pax nostra qui fecit vtraq; vnū & mediū pa
rietem macerie soluens inimicicias in carne sua.Et ad Hebre.vi.
Homines per maiorem sui iurant.et omnis cōtrouersie eorum
finis ad confirmatōnem est iuramentum. In quo habūdantius
volens ostendere deus pollicitatōnes heredibus immobilitatē
consilij sui:interposuit iusiurandū vt per duas immobiles res:
quibus impossibile est mentiri deum:fortissimū habeamus so
latium .qui confugimus ad tenendam propositam spem.quā
sicut anchoram habemus anime tutam ac firmam & inceden-
tem vsq; ad interiora velaminis:vbi precursor pro nobis intro
iuit Iesus pontifex factus scd'm ordinē Melchisedech in eternū
Et cum hoc bono reddit non malum pene.qd̄ est exercitiū fo-
mitis remanens etiam post redemptōem perceptam in baptis-
mo.Et hoc significatur per populum maledictum quem reli-
quit dominus inter filios israel vt erudiretur in eis.Et.iij.Gene.
Cum operatus fueris terrā: non dabit fructus suos. sed spinas
et tribulos germinabit tibi

D Que autem reddit ex merito mulieris sunt bona glori-
ficationis.et cum hoc nō malum passionis p quam intratur in
gloriam.De vtroq; horum habetur Luce vltimo. Nonne sic
oportuit christum pati:& ita intrare in gloriā suam.Et in.viij.
ad Roma.Si tamen compatimur ut simul & glorificemur.exi-
stimo em̄ ꝙ nō sunt condigne passiones huius temporis ad fu
turam gloriam:que reuelabitur in nobis.Et in psal.Cum ipso
sum in tribulatione:eripiam eum & glorificabo eum.Et.ij.ad
Chorin.iiij.Id em̄ quod in presenti est momentaneū & leue tri-

bulatiōis nostre. supra modū in sublimitate eterne glorie pondus operabitur in nobis

E Que vero reddit ex affluentia sue liberalitatis sunt bona pregustationis eternorum. et cum his non malis retractatiōis necessitatis vite huius. De primo dicitur in psal. Gustate & videte quoniam suauis est dominus. Et in prima Cano. Petri. ij. Si tamen gustastis quoniaꝫ dulcis est dominus. Et in laudē huius mulieris infra. gustauit & vidit quoniam bona est negotiatio eius. De non malo autem qđ cum hoc reddit. habetur secūda ad Chorin̄. v. Duꝫ sumus in hoc corpore peregrinamur a domino. per fidem em̄ ambulamus: & non per speciē. quasi diceret necessitas huius corporis retrahit a pregustatione eternitatis. Et Sapien̄. ix. Cogitationes mortalium timide & incerte prouidētie nostre. corpus em̄ quod corrumpitur aggrauat animam. et terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitātem. Vtrūqꝫ horum simul. scꝫ bonum & non malum signatur xvij. Mathei. vbi Petrus vidit transfiguratum dominum. Primo dixit. domine bonū est nos hic esse. si vis faciamus hic tria tabernacula. tibi vnum. Moysi vnuꝫ. & Helye vnum. Et postea preualente necessitate corporis sequitur ꝙ discipuli ceciderunt in faciem suam & timuerūt ualde

F Ex iure uero matrimonij reddit ei sex. Primum est regimen. Secūdum amplexus amoris. Tercium fecunditas prolis. Quartum necessariorum administratio. Quintuꝫ. benigna & familiaris alloquutio in amotionē tedij. Sextum est adhibitio ornatus. De primo habetur Gene. iij. ubi dicit dominus ad Euā. Sub viri potestate eris. Et prima ad Chor. xi. Caput mulieris vir. Et prima Petri. iij. Mulieres subdite sint viris suis. Et infra capitulo eodem. Mulieres sctē sperantes in dn̄o nō in ornatu uestiū ornabant se subiecte proprijs viris. Sicut Sara obediebat Abrahe dominū eum uocās: cuius estis filie benefacientes & nō ꝑtimentes vllam ꝑturbationem

G De secūdo habetur. Canti. ij. Leua eius sub capite meo et dextera illius amplexabitur me. Et in primo. Osculetur me osculo oris sui Et hoc signatum est Genesis. xxiiij. ubi dicitur ꝙ Isaac introduxit Rebeccam in tabernaculum Sare matris sue: & accepit eam uxorem: & intantum dilexit eam ut dolorem qui ex morte matris acciderat: temperaret. Isaac christus est. Rebecca ecclesia uel fidelis anima: que iuxta interpretationem nomi-

nis Rebecce multum accepit. Mater autem mortua. est synago-
ga uel eua. Tabernaculum matris est gratia in quam introdu-
xit christus fidelem animā uel ecclesiā. et ita inuenit eam ama
bilem ut omīs dolor antique pditionis temperetur.

H De tercio habetur ad Ephe. v. Viri diligite uxores ue-
stras sicut & christus dilexit ecclesiam. & semetipsum tradidit p
ea. ut illam sanctificaret mundans eam lauacro aque in uerbo
vite: ut exhiberet ipse sibi gloriosam ecclesiam non habentem
maculam neq3 rugā neq3 aliquid hmōi. Et prima ad Thimo.
ij. Mulier saluabitur per filiorum generationem. Hi autem fi-
lij sunt opera masculina meritorum. Et ideo sequitur. Si pman
serit in fide & dilectione & sanctificatione cum omni sobrieta-
te. Et isti sunt filij p quibus Rachel. xx. Gene. suppliciter implo
rat maritum dicens. Da mihi liberos: alioquin moriar

I De quarto habetur Mathei. vi. Dico uobis ne solliciti si-
tis anime uestre. id est necessitati huius vite animalis qd man-
ducetis: & corpori uestro quid induamini. Nonne anima ue-
stra plus est q̄ esca. & corpus uestrum plus q̄ uestimentum Re
spicite uolatilia celi quoniam nō serunt neq3 metūt neq3 con-
gregant in horrea. & pater uester celestis pascit illa. nonne uos
magis pluris estis illis. quis autē uestrum cogitans potest adij
cere ad staturam suam cubitum vnum Et de uestimentis quid
solliciti estis. considerate lilia agri quomodo crescūt: nō labo-
rant neq3 nent. dico autē uobis quoniam nec Salomon in om
ni gloria sua coopertus est sicut vnū ex istis. Si em̄ fenum agri
quod hodie est & cras in clibanū mittit deus sic uestit: quanto
magis uos modice fidei. Nolite ergo solliciti esse dicentes qd
manducabimus: aut quid bibemus: aut quo operiemur. hec
em̄ omīa gentes inquirunt. scit em̄ pater uester quia omnibus
his indigetis. Et in ps. Iunior fui etem senui. & nō vidi iustum
derelictum nec semen eius querēs panem. Et secūda ad Chor.
ix. Qui autem administrat semen seminanti: & panem ad man
ducandum prestabit: & multiplicabit semen uestrum: & auge
bit incrementa frugum iusticie uestre: ut in omnibus locuple-
tati habūdetis in omnem simplicitatem que operatur per nos
gratiarum actionem deo.

K De quinto habetur. viij. Sapien. Intrans in domū me-
am conquiescam cum illa. id est cum sapiētia que christus do-
minus est. non em̄ habet amaritudinem cōuersatio illius: neq3

tedium conuictus eius. sed letitiam & gaudium. Hinc est etiam q sponsa flagrans in desiderio anime. in. ij. Cantico. sic loquitur ad sponsum. Ostende mihi faciem tuam: sonet uox tua in auribus meis. vox em tua dulcis: & facies tua decora Similiter in psal. Speciosus forma pre filijs hominu. diffusa est gratia &c Et in primo Regu. iij. Loquere domine quia audit seruus tuus Et ultimo Luce. Nonne cor nostrum ardens erat in nobis dum loqueretur in via & aperiret nobis scripturas.

L De sexto habetur Apocal. xxi. Vidi ciuitatem sanctam hierusalem nouam descedente de celo a deo parata sicut sponsam ornatam &c. Ornatus aute ille est in duobus. sc3 in fulgore uestimentoru. p que intelligitur decor virtutum. & in preciositate ornamentorum: que sunt exenia quedam sibi a marito exhibita. De primo dicitur in psal. Astitit regina a dextris tuis in uestitu &c. Et prima ad Thim. ij Mulieres in habitu ornato cum uerecudia & sobrietate sint ornantes se. no in tortis crinibus: aut auro: aut margaritis uel ueste pciosa. sed qd decet mulieres pmittentes pietate3 p opera bona. Et prima Petri. iij. Mulierum non sit extrinsecus capillatura: aut circudatio auri: aut indumenti uestimentorum cultus. sed qui absconditus est cordis homo in incorruptibilitate quieti & modesti spiritus. qui est in conspectu domini locuples. Exenia aute exhibita ecclesie sunt pciosa sacramenta ecclesie corporis & sanguinis eius que dedit christus ecclesie. Sicut habetur Mathei. xxvi & Marci. xiiij. & Luce. xxij. Et ibi addit. Hoc facite in mea commemoratoem. Et in prima ad Chorin. xi. Quotienscuq manducabitis pane hunc & calicem bibetis: morte domini annunciabitis donec ueniat. Cum his sex bonis no reddit malu occultationis sue a sponsa quadoq. Hoc em valet sponse ad tria scil3 vt feruentius bona eius desideret. & diligentius inquirat et inuentum seruet studiosius. Et de hac occultatione dicitur Ioha. xvi. Modicu & iam non videbitis me quia uado ad patrem. Hoc etia significatur in forma peregrina in qua christus apparuit post resurrectoe3 sua mulierib9 & discipulis suis. Lu. xxiiij. Ite Canti. v. Pessulu hostij mei aperui dilecto meo: at ille declinauerat atq transierat. Pessulum 9sensus uolutatis est. hostiu ipsa uolutas. qd quando aperitur domino a sponsa ex industria qnq sub forma peregrini occultans se fingit longius ire. & declinat amplexu & transit cognitoem. quia oculi sponse tenentur ne agnoscat eum.

Gymel Capitulum tercium

A f Secundus

Equitur **Omnibus diebus vite sue**

In quo notatur perseuerantia redditionis. Tres sunt dies sponsi. Primus est incarnationis. et ille habet vespere & mane. quia in ea sol oritur & occidit. vt dicitur primo Eccles. Secundus dies est dies resurrectionis. de quo cantatur illud psal. Hec est dies quam fecit dominus: exultemus & letemur in ea. Et hec dies habet mane. sed nõ hꝫ vesperã. Tercius dies est dies eternitatis. de quo dicit̃ in psal. Melior est dies vna in atriꝭ tuis sup milia. De his tribus diebus simul dicitur Ozee. vi. Viuificabit nos post duos dies. in die tercia suscitabit nos: & viuemus in conspectu eius. In prima em̃ die viuificabit animas. In secũda die corpora. Et in tercia die sursum ad se suscitabit nos. ut in cõspectu eius habeamus vitam eternam

B Siliter vita triplex est: Vita gratie / Vita resurrectionis / Vita eternitatis

Et hec vita & isti dies ꝯmunes sunt mulieri & viro. De prima vita dicit̃ ad Gala. ij. Viuo ego iã nõ ego. viuit uero in me xp̃s. De secũda vita dicit̃ Iohã. v. Venit hora in qua om̃es q in monumentis sunt audient vocem filij dei. & ꝓcedent qui bona fecerũt in resurrectõem vite. De tercia dicit̃ in p̃s. Domine apud te est fons vite. & in lumine tuo videbimꝰ lum̃e. Prima vita in muliere est cũ languore uenialis peccati. Secũda cũ morte corporis de qua resurget ad vitã. Tercia est plena sanitate utriusqꝫ.

C Quia vero modo vidimus istius capituli expositiõem scd̃m ꝙ exponit̃ de redditõe viri qua bonũ & nõ malum reddit uxori. videamus etiam qualiter uxor viceuersa reddit viro bonũ & nõ malum. sic em̃ vident̃ exponere patres. Notãdũ ergo ꝙ uxor habet a viro: ut dictũ est: bonũ gratie & nõ malũ tribulatõis. Pro primo reddit viro ꝓfectũ & gratiarũactiõem et laudem. Pro secũdo aũt humiliationem: & patientiã: & spei certitudinem. De ꝓfectu dicit Ap̃ls. prima ad Chorĩ. xv. Gratia dei sum id qd̃ sum. et gratia eius in me uacua nõ fuit. Et secũda ad Chorĩ. vi. Adiuuãtes autẽ exhortamur ne in uacuũ grãm dei recipiatis. Et secũda ad Thimo. primo. Ammoneo te ut resuscites gratiam dei que est in te. Et ad Hebre. xij. Contemplantes ne quis desit gratie dei

D De gratiarumactione dicit ap̄lus ad Ephesios quinto In omnibus gratias agite Et primo Eccs. Ad locum vn̄ egrediuntur flumina reuertunt̄ ut iterum fluant Flumina sunt gratie fluentes a deo. & reuertunt̄ in ipsum p̄ gratiarū actionem.

E De laude dicit p̄s. Sacrificium laudis honorificabit me et illic iter quo ostendā salutare dei Osee. xiiij. Omnē aufer iniquitatem & accipe bonum et reddemus vitulos labiorum nostrorum. Vituli labiorꝫ sunt iubili alacriter laudantiū deum. De his om̄ibus tribus simul habetur Isa. li. Gaudium et letitia inuenient̄ in ea. gratiarumactio & uox laudis. Gaudium & leticia sunt de profectu gratie Duo autem alia nominibus proprijs habentur in auctoritate.

F De humiliatione. quā reddit mulier pro non malo tribulationis. habet̄ Iere. xxxi. Castigasti me et eruditus sum quasi iuuenculus indomitus. cōuerte me et conuertar. quia tu dominus deus meus Postq̄ em̄ cōuertisti me. egi penitentiam. et postq̄ ostendisti mihi. p̄cussisti femur meū Et Trenorꝫ. iij. cap. Ego vir videns paupertatē meam in virga indignatōnis eius Quasi diceret Virga indignationis eius scʒ castigātis non occidentis facit me ꝓpriam cognoscere paupertatem

G De patientia habetur ad Hebreos. x. Patientia uobis necessaria est ut voluntatem dei faciētes: reportetis promissiones. Et. iij. Trenorꝫ. Bonum est prestolari cum silentio salutare dei. hoc est cum patientia.

H De certitudine spei habetur Mathei. v. Beati estis cum maledixerint uobis homines et persequuti uos fuerint. et dixerint omne malum aduersum uos mentientes ꝓpter me. gaudete et exultate quoniaʒ merces uestra copiosa est in celis. hoc est spes mercedis. Et Iere. xxxi. ca. Quiescat uox tua a ploratu. et oculi tui a lachrymis. quia est merces operi tuo. ait domin⁹ et reuertentur de terra inimici. hoc est de tribulatione. & ē spes in nouissimis tuis. Et hoc est quod dicit Gregorius. Consideratio premij minuit vim flagelli. Et alibi. Tanto altiori spe in deum quisq̄ resurgit. quāto fortiora pro illo pertulerit. Cetera que sequuntur. Omnibus diebus vite sue. a premissa expositione non mutantur

A Capl'm.iiij. § primus.

Deleth Quesiuit lanã ꝛ linũ. ꝛ operata est con silio manuũ suarum

Deleth interpretat̃ ianua. uel paup. uel tabula Et notantur ibi tria que cõpetunt sententie sequentis uersus. Primũ est instrumentũ inquirendi. Et hoc notatur ꝑ tabulam. quia mulier hec ꝑ utilitatem lucri sui facta est quasi tabula domus viri. in qua vir & familia euadunt naufragiũ mendicitatis. Vnde dicitur infra ꝙ non timebit domui sue a frigoribus niuis. omnes em̃ domestici eius uestiti sunt duplicibus. Secundo notatur necessitas inquirendi. & hoc inquantum deleth interpretat̃ paup. Pauperum em̃ est inquirere lanam & linum. Terciũ est adipiscendi possibilitas. Et hoc notat̃ per hoc ꝙ deleth interpretat̃ ianua. ꝑ ipsam em̃ est aditus in diuitias dom⁹ Et de hoc habetur Eccl'iastici. xxvi. Sicut sol oriens in mũdo in altissimis dei: sic mulieris bone species in ornamentum domus eius.

B In uersu uero sequenti notantur duo. scꝫ materia operis huius mulieris. & ipsum opus. Primũ ibi (Quesiuit lanã & linum) Secundũ ibi (Et operata est consilio manuuꝫ suarum) In primo duo notantur. scꝫ modus querendi. & res quesita. Modus querendi ꝑ hoc ꝙ dicit (quesiuit) Res quesita ꝑ hoc ꝙ dicit (lanam & linũ) Modus querendi duplex est. scꝫ negotiatione & labore Emit em̃ lanam & linũ & elaborauit linum agricultura et lanam ꝑ educatõem ouiũ. De primo sub alia metaphora dicitur in euangelio Mathei. xiij. cap. ꝙ simile est regnũ celorum homini negotiatori querenti bonas margaritas. inuenta autẽ vna preciosa margarita abijt & uendidit omnia que habuit et emit eam. Idem em̃ ibi signat̃ ꝑ margaritã quod hic per lanam et linum. scꝫ decor & honestas virtutis De utroqꝫ horuꝫ simul dicit̃. ij. Regum. xij. Pauper aũt nihil habebat omino p̃ter oueꝫ vnam paruulã quam emerat & nutrierat. & que creuerat apud eum cum filijs eius simul de pane illius comedens. & de calice bibens & in sinu illius dormiens. eratqꝫ illi sicut filia. Paup est mulier querens lanã & linum. & emit ouem vnam paruulam. hoc est humilẽ christũ dando pro ipso quicqd diligit in hac vita. & postea nutrit eum cum filijs suis: hoc est intellectu & uoluntate. dando illi cibum actionis & contẽplationis potum. &

dormit in sinu illius: hoc est quiescit in corde. Et est illi sicut filia. hoc est sicut anima sua.

C De elaboratione autem lini p contrariũ habetur in Isa. xix. Confundentur qui operabant̃ linum. plectentes & texentes subtilia Linum significat candorẽ virtutis humane. Et qui operant̃ illud in egypto. hoc est in vanitate huius mundi plectentes circũstantias operum suoꝝ. et texentes opera in cõsuetudinem ad humanam laudem confundentur. Et huius rõ redditur. ix. Exodi. ubi dicitur ꝙ linum egypti grandine pcussuꝫ est cum iam folliculos germinaret. Grando irã dei significat q̃ percutit omnẽ virtutem ypocritarum. cum iam. hoc est in hoc tempore germen querat humane retributionis. Sed nõ sic mulier que querit linũ in hierusalẽ. hoc est ad cultũ & honorẽ dei

D Secundo notandũ est quid sit lana & quid linum. lana est que tondetur ab oue. linum aũt quod de terra orit̃. et multo labore in uestimentum aptatur. Ouis dominus noster iesus christus est de quo dicit̃. liij. Isa. Sicut ouis ad occisionem ductus est & non aperuit os suum. Et in primo Iohãnis. Ecce agnus dei ecce qui tollit peccata mundi. Ab ista oue mulier hec accepit sex genera lane. A natiuitate duplicem sumit. scilicꝫ recognitionẽ exilij. & cõtemptũ mundi. christus em̃ in exilio natus est. quia licet bethleem sua esset: tamen dicit̃ primo Iohan. In propria uenit & sui eum non receperunt Similiter tunc mũdum contempsit. quia nõ de regina: sed de paupercula. nõ in aula regia. sed in stabulo natus est. Natus autem non operitur purpura & bisso sed pãniculis. nec reclinatur in cunabulis. sed reclinatur in presepio. Sicut dicitur Luce. ij. cap̃. ꝙ peperit maria filium suum primogenitũ & pannis eum inuoluit. & reclinauit eum in presepio. quia non erat ei locus in diuersorio. A profectu vite accepit duplicem lanam. scilicꝫ humilitatis & mansuetudinis. Sicut dicitur Mathei: xi. Discite a me. quia mitis sum & humilis corde. & inuenietis requiem animabus uestris Ab exitu etiam accepit duplicem lanam. scilicet obediẽtie & patientie. De obedientia dicit̃ Mathei. xxvi. ca. Nõ mea uoluntas sed tua fiat. De patientia dicit Petrus prima Cano. ij. cap. Cum malediceretur non maledicebat. cuꝫ pateret̃ non cõminabatur. De vtroqꝫ horum dicitur ad Philippẽ. ij. c. ꝙ factus est obediens usqꝫ ad mortẽ. mortẽ autẽ crucis. De isto uellere agni facta est tunica inconsutilis christi. qua induit̃ ecclesia ad retinendum calorem charitatis

E Linum autem quod de terra oritur candorē signat virtutis humane. Et signat exempla sanctorꝝ ueteris testamēti. In q̃rꝝ terra linū creuit ueteris testamēti & noui. Scti aūt ueteris testamēti. in q̃rꝝ terra linū creuit sunt legislator patriarche et prophete A legislatore mulier hec duplex accipit linū. scꝫ mansuetudineꝫ in regimine. et zelum in ultione. De primo dicit̄ Numeri. xij. Erat em̄ Moyses mansuetissimus sup omnes homiēs qui morabant̄ in terra. De secūdo dicit̄ Exo. ij. ꝙ Moyses egressus ad fratres suos: viditqꝫ afflictionem eorū. et virū egyptiuꝫ percutientē quendā de hebreis fratribus suis. Cumqꝫ circūspexisset huc atqꝫ illuc. & nullum adesse vidisset: percussum egyptium abscondit sabulo. Hebrei transeuntes interp̄tantur Et significant sanctos qui passibus meritorꝝ continue tendunt ad patriam Egyptius autem signat hominē mundi. non consentientem sanctis. quē mulier fortis interficit in gladio spiritus quod est uerbum dei Hebreo. iiij. De utroqꝫ horum simul habetur. ij. Regum. xxiij. ꝙ Dauid erat quasi tenerrimus uermiculus ligni. Vermiculus ligni mollissimus est cum tangitur. et quo ad hoc signat māsuetudinē in regimine. & durissimus est cum tangit. Et quo ad hoc signat zelum in ultione.

F A patriarchis etiam accipit duplex linum. scꝫ fidem in dictis. & spem in ꝓmissis. De primo habetur ad Roma. iiij. ca. Credidit Abraam deo & reputatū est illi ad iusticiaꝫ. Et ad Hebreos. xi. In fide testimoniū cōsequuti sunt patres. De secundo ad Roma. iiij. ꝙ Abraam contra spem in spem credidit. Et ibidem infra. In repromissione dei non hesitauit diffidentia. Sed confortatus est fide dans gloriā deo plenissime sciens quia q̃cunqꝫ promisit ei deus potens est et facere. De utroqꝫ horuꝫ est totum vndecimū caplm ad Hebreos

G A ꝓphetis etiā accipit duplex linum. scꝫ secretorū contemplatōem. & exprobratōem viciorum. De primo habetur Isa. vi. Vidi dñm sedentē sup solium excelsum & eleuatum. et plena erat domus a maiestate eius. & cetera que ibi sequuntur Altitudo eius solij est eximia maiestas iudicis mūdi. Domus aūt triūphans ecclesia est in qua p̄clarius fulget spēs maiestatis eius. Templū aūt est eccl'ia militās q̃ replet̄ his q̃ sub ipso sunt hoc ē speculo creature & enigmate allegoriarū in scripturis in quibus ipsa deum contemplatur. Sicut dicitur primo ad Romanos. Inuisibilia dei per ea que facta sunt intellecta conspiciuntur. Sempiterna quoqꝫ virtus eius ac diuinitas

Seraphin aūt significat sanctos assistentes deo: plenos igne charitatis. sex habentia alas. duabus em̄ volant in deum: sc; intelligentie luce. & desiderij feruore. et duabus velant obumbrādo et protegendo faciem eius. hoc est contemplatōis. qui dicūtur facies domini. quia ex frequenti intuitu ipsorum in deū et dei in eos signatur & sigillatur super eos lumen vultus domini. et in lumine dei ambulabūt. & in nomine eius exultabunt tota die. & in iusticia eius exaltabunt̄. Et fit splēdida facies eorꝫ sicut resplēduit facies Moysi dū rediret de mōte. sicut habet̄. xxxiiij. Exo. Due aūt ale quibus protegunt eos sunt feruor spiritus. & sapor faciei dei. et duabus velant protegendo pedes eius. hoc est actiuos qui ambulant per viam bonorū morum. sc; honestate exempli ad proximū. & pietate intentionis ad deum. De secundo dicit̄ Ecci. xlviij. Surrexit Helias propheta quasi ignis et verbū illius quasi facula ardebat. sc; in cōsumptiōem & exprobrationē; vitiorum

H Sancti noui testamenti sunt apostoli: martyres: doctores: virgines: vidue: & boni coniugati. Ab apostolis sumit duplex linū. sc; opera supererogatōis. et instantiam predicationis De primo dicitur secūda ad Chorꝫ. penultimo. Ecce hic tercio parat⁹ sū; venire ad vos: & nō ero grauis vobis. Nō em̄ q̄ro q̄ vestra sunt: sed uos. Non em̄ debent filij parentibus thezaurizare. sed parentes filijs. Ego em̄ libentissime impendam & supimpendar egoipse pro animabus uestris. Et. xx. Actuū loquitur idem apl̄us dicens. Argentū & aurum aut uestem nullius concupiui sicut ipsi scitis. quoniā ad ea: que mihi opus erāt et his qui mecū sunt: ministrauerūt manus iste. Item primo Regū. xij dicit Samuel. Conuersatus sum coram uobis ab adolescentia mea usq; ad hanc diem. ecce presto sum. loquimini de me corā domino et coram populo eius: utrū bouem alicuius tulerim aut asinū. si quenq; calūniatus sum. si mun⁹ de manu cuiusq; accepi. si oppressi aliquid & cōtemnam illud hodie: restituāq; uobis. De secūdo dicitur. secūda ad Thimo. iiij. Testificor corā deo et christo Iesu: qui iudicaturus est viuos et mortuos: et ꝑ aduentum ipsius et regnū eius predica verbū. insta oportune importune argue: obsecra: increpa in omī patiētia & doctrina

I A martyribus duplex sumit linum. sc; fidei constantia; et fortitudinem in aduersis. De primo dicit̄. x. ad Roma. Corde creditur ad iusticiam: ore aūt confessio fit ad salutem. Et ps. Credidi ꝓpter quod loquutus sum. Et in euangelio Math. x.

Qui me confessus fuerit coram hominibus. confitebor & ego eum corā patre meo. De secūdo dicit̄ ad Hebre. x. Rememoramini pristinos dies in quibus illuminati: magnū certamen passionum sustinuistis. Et in altero qdem opprobrijs & tribulationibus spectaculum facti. In altero aut socij taliter ꝯuersantiū effecti. nam et vinctis compassi estis. & rapinam bonorum uestroꝝ cum gaudio suscepistis. cognoscentes uos habere meliorem & manentē substantiam. Et. xxvij. Actu. Ne timeas paule cesari te oportet assistere. Itē secūdo Macha. vi. Eleazarus gloriosissimā mortem magis q̄ odibilem vitam complectēs. uoluntarie preibat ad supplicium. Intuens autem quēadmoduꝫ oporteret accedere patienter sustinens destinauit nō admittere illicita propter vite amorem. Et infra Cum plagis perimeretur ingemuit & dixit. Dn̄e. qui habes sanctā scientiam manifeste tu scis. qa cū a morte posseꝫ liberari diros corp̄is sustineo dolores. scd̄m aīam uero ꝓpter timorē tuū libēter hec patior.

K A doctoribus etiaꝫ sumit duplicem lanam. scilicꝫ scripturarum meditatiōem. & sollicitudinem cure pastoralis. De primo dicitur in primo p̄s. In lege domini uolūtas eius. & in lege eius meditabitur die ac nocte. Et propter hoc precepit dominus in lege Deutro. vi. ca. q̄ scriberent legem & affigerēt in ostijs. & ferrent etiam in manu propter iugem legis meditationem. Item Malach. ij. labia sacerdotis custodiunt scientiā. & legem requirent ex ore eius. quia angelus domini exercituuꝫ est. De secundo dicit̄. xij. ad Rom. Qui preest. sollicitudine supple presit. Et idē infra. Sollicitudine nō pigri. supple pigri non sitis. Et hoc significatū est in ultio Iohānis. ubi dn̄s tribus vicibus q̄siuit a petro. an diligeret eū plus ceteris. Et totiēs responso accepto q̄ diligeret eū trib⁹ vicib⁹. ꝯmisit ei pascēdas oues. Quia videlicet p̄latus plus debet diligere deuꝫ q̄ facultates et amicos & seipsum. & pascere debet verbo & exēplo & auctoritate clauiū suos subiectos. Itē Actu. xx. Attēdite uobis & vniuerso gregi in quo uos posuit sp̄ūssanctus ep̄os regere ecclesiā dei: quā acq̄siuit sanguine suo. De utroq̄ hoꝝ simul habetur Eccl. xliiij. Laudemus viros narrātes carmina scripturaꝝ homines diuites in virtute. pulcritudinis studiū habentes & pacificantes in domibus suis

L A confessoribus etiā duplex sumit linū. s. penitentie lamentū. & longanimitatē expectatōis ꝓmissoꝝ. De primo dicitur. v. Mathei. Beati qui lugēt qm̄ ipsi ꝯsolabunt̄. Et in canticis. ij. Vox turturis audita est in terra nostra. Et hoc signatū est

in Iosue.xv. Vbi Axa filia Caleph ꝑ bñdictiōe duplex accepit irriguū.s. superius & inferius. qd signat duplex lamentū. scȝ ꝑ incolatus huius miseria. & pro dilatione patrie. De scđo dicit in Gen̄.xlix. Salutare tuū expectabo dn̄e. Item.iij. Trenoꝝ. Bonum est p̄stolari cum silētio salutare dei. Et.xi. ad Hebre. Iuxta fidē defuncti sunt oēs sancti nō susceptis repromissionibꝰ. sed a longe eas aspicientes & salutātes & ꝯfitentes qm̄ peregrini et hospites sunt super terram.

M A virginibꝰ etiā duplex sumit linū.s. mūdiciā castitatis. et carnis mortificatōem. De primo dicit prima ad Choꝝ.vij. Mulier innupta & virgo cogitat q̄ dei sunt ut sit sancta et corpe & spū. Iteȝ ibidē. Qui sine vxore est cogitat q̄ dei sunt et quō placeat deo. De scđo prima ad Choꝝ.ix. Castigo corpus meū & in seruitutē redigo ne forte cū alijs p̄dicauerim ipse reprobꝰ efficiar. Itē ultio ad Gala. Mihi aūt absit gloriari nisi in cruce dn̄i nostri iesu christi. ꝑ quē mihi mūdus crucifixus est et ego mūdo. Itē ad Gala. ultio. De cetero nemo mihi molestꝰ sit ego em̄ stigmata dn̄i nostri iesu christi in corpore meo porto.

N A viduis etiā sumit duplex linū.s. fidelitatē ad maritū et humilitatis indumentū De primo dicit.ij. Luce. De anna ꝙ erat ꝓphetissa filia phanuel de tribu Aser. & hec processerat in diebus multis. & vixerat cū viro suo annis septē. a virginitate sua. Et hec erat vidua usqꝫ ad ān̄os.lxxxiiij. q̄ nō discedebat de tēplo ieiunijs & obsecratōibꝰ seruiēs die ac nocte. Et de his dicit apl̄s prima ad Thimo.v. Que aūt vere vidua ē & desolata speret in deū & instet obsecratiōibꝰ die ac nocte. De scđo dicit Iudith.ix. Iudith ingressa ē oratoriū suum. & induēs se cilitio posuit cinerē sup caput suum. & ꝓsternens se dn̄o clamauit ad dn̄m. De vtroqꝫ hoꝝ simul dicit primo Cāti. Pulcre sunt gene tue ut turturis. Turtur huiꝰ nature dicit esse. ꝙ nō iungit secūdis nuptijs. Vnde fidelitas illa signatur ꝑ vnam genā. Per alteram aūt signat habitus humilitatis & maturitatis

O A bonis ꝯiugatis etiā duplex linū sumit. scȝ misericordiā in paupes. & regimē familie De primo dicit Mathei.v. Btī misericordes. qm̄ ipsi misericordiā ꝯsequent. Et Mathei.xxv. Venite benedicti patris mei possidete paratū uobis regnū &c̄. De secūdo prima ad Thimo.v. Si qs suoꝝ & maxime domesticoꝝ curā nō habet. fidē negauit. & est infideli deterior. Item Ecci.l. Symon Onie filius sacerdos magnus qui in vita sua suffulsit domū. Et Gen̄.xxxix. Ioseph gubernabat creditā sibi domum. et vniuersa que ei tradita fuerant

Deleth Capl'm quartū
A § Secūdus

Equitur. Et operata est consilio manuū suarum.
In quo notantur duo. sc3 modus operis. et organa qui-bus exercet opus. Circa primū notātur duo. sc3 instātia operis p hoc qđ dicit. (Opata est) et discretio per hoc qđ dicit (cōsilio)
De primo dicitur Eccēs. ix. Quodcūq3 facere potest manus tua instanter operare. quia nec opus: nec ratio: nec sapientia: nec scientia erūt apud inferos quo tu properas. Et in hoc arguuntur duo genera hominū. sc3 Pigri. et ociosi. De primis dicitur Prouerb. xx. Propter frigus piger arare noluit. mēdicabit ergo estate: & nō dabitur illi. Per frigus intelligitur desidia huius vite. Per estatem aūt intelligitur dies iudicij quando deus plena luce manifestabit consilia cordium. et calore zeli sui reddet vnicuiq3 iuxta opera sua De secūdo dicitur in euangelio Math. xx. Quid hic statis tota die ociosi. Et Prouerb. xij. Qui sectatur ocium stultissimus est. De vtroq3 horum habet simul Eccēs. x. In pigricijs humiliabitur cōtignatio: et in infirmitate manuū perstillabit domus. Per contignatōem intelligitur cō-paginatio virtutum que dissoluitur in pigricia et acquiritur per assuetudinem operis. Per infirmitate3 manuū intelligitur ocium. Per distillatōem tentatio libidinis. Per tectum charitas Et per domū cōuersatio.
B De consilio: per qđ intelligit discretio: dicit ad Roma. xij. Racionabile sit obsequiū uestrum. Et nota q3 duo exigūtur ad hoc q3 consilium sit de aliquo. sc3 q3 difficile sit et possibile aliter fieri. Et inde sciuit mulier fortis q3 reprehendūtur q sine consilio ordiūtur telam & nō a domino. vt habetur. xxx. Isa. Ve filij desertores dicit dominus vt faceretis consilium: & nō ex me. et ordiremini telam: et nō per spiritū meū. Dicit etiā Isaie. xix. Confundētur qui operabant linū plectentes & texentes subtilia. Et ideo sine consilio non est operata lanam et linū precipue cum dicat sapiēs. Ecci. xxxij. Fili sine cōsilio nihil facias. & post factū non penitebis
C Organū aūt operandi intelligitur per hoc qđ dicit (Manuū suarū) In quo notātur duo. sc3 due manus. et ꝓprietates illarum. quando dicitur (suarum) Due manus mulieris sunt. Vna operans circa se. et altera circa proximū. Custodia sui. et dilectio proximi. Item ad formositatem manus duo exigunt

sc3 debita quātitas. ut sit longa manus scdm proportōem corporis. & debitus color: ut scilic3 sit alba manus rubore suffusa Ad substantiā aūt manus exigūtur quinq3. sc3 numerus digitorū. & pellis. & ossa. & caro. & debita colligatio p neruos & uenas. Ad fortitudinem aūt manus duo exigūtur. sc3 habundantia roboris in mēbris manus. & habūdantia spirituū discurrentium per uenas. Et hec omnia est inuenire in utraq3 manu. In manu em̄ dilectionis proximi longitudo est p dilectionem omnis boni: qd̄ est in proximo. Alba uero est manus p innocentiam ad omnē hominē. Suffusa aūt est rubore ɔpassiōis ad om̄e malum proximi: habens pellem mollem mansuetudinis. ossa uero fortitudinem portandi imbecillitates infirmorum & carnem affectū nature deficientis proximi. & colligatōnem per neruos pietatis: & uenas misericordie. in quibus est rubor charitatis dei. & spūalitas: sc3 spūs per omnes articulos vitā simul & vigorem diffundentis

D Habet autē hec manus quinq3 digitos. & quilibet digitus vnguem in custodiam sui. & tres articulos ut sit flexibilis ad opus. Primus digitus est honor parentum: habens primu3 articulum ad exhibitōem reuerentie. Secūdu3 ad susceptiōem discipline. Terciū ad ministratōem necessariorum si necesse est vnguem aūt protegentem habet memoriā laborum quos in nobis parentes sustinuerūt Secūdus digitus est obedientia superiorū. habens tres articulos. Quorū primus est nihil habere de propria uolūtate ad ea que vidētur sublimia in hoc mūdo Secūdus multū habere de propria uolūtate ad humilia. Tercius celeritas non expectans preceptū: sed obediens ad nutum. Vnguis ptegens & armans totum digitū est carentia proprij sensus Tercius digitus est humilitas ad omnes. habens & ipse tres articulos inflexionis sue. quorū primus est reputare se inferiorem maiori. Secūdus subdere se pari. Tercius subdere se etiam inferiori. Vnguis aūt ɔseruans est sensus proprie uacuitatis. Quartus digitus est societas amicabilis. habens tres articulos. Primū idem uelle & idem nolle cum amico. Secūdum nihil turpe uelle pro amico. Tercium bonū pro amico indesinenter operari. Vnguis aūt digitū hūc custodiens est amor virtutis. Quintus digitus est dilectio inimicorū. habens tres articulos: Primū dimissionem iniurie. Secūdum salutationis exhibitionem. Terciū redditōem boni pro malo Vnguis autem hūc digitū custodiens est memoria iniuriarū quas nos peccan

do inferimus deo. Primus horum digitorum magnus est effectu sed breuissimus. eo quod nō extenditur nisi in coniunctos nobis. Secūdus autē longior sed minor. Tercius longissimus. quia ultra omēs se extendit humiliando Quartus iterū breuior tercio habēs tamen uenā corporis in consensu amicorū Quintus vero minimus affectu. sed tamen longior primo. qa plures sunt inimici quam parentes. De primo dicitur Exo. xx. Honora patrē tuū & matrē tuam ut sis longeuus sup terrā. De secūdo ad Hebre. xiij. Obedite ppositis uestris & subiacete illis. ipsi em̄ puigilāt quasi rōnem reddituri pro animabus uestris. De tercio ad Philippen. ij. Nihil p contentionem neque per inanē gloriam. supplex agentes sitis. sed in humilitate superiores uobis inuicē arbitrātes. Et prima Petri .ij. Subiecti estote omī humane creature propter deum. De quarto dicit in Prouer. xxvij. Bonis amici consilijs anima dulcoratur. amicū tuū & amicū patris tui ne dimiseris. De quinto in euangelio. Math. v. Ego dico uobis diligite inimicos uestros. Et ad Roma. xij. Si esurierit inimicus tuus ciba illum. & si sitit: potum da illi

E Altera manus est custodia sui. & illa operatur mulier circa seipsam habēs ossa vigoris & carnes. refocillatōem infirmitatis. Nerui autē ligantes: sunt nerui discretōnis. vene uero. in quibus pulsat spiritus. est cōtinuū dominiū rationis super sensualitatem: super quam extēditur pellis modestie: vndique modum statuentis. que coloratur albedine mūde conscientie. cui suffunditur rubor desiderij eternorum. habēs quinque digitos cum vnguibus & articulis suis

F Primus est custodia sensuum. habens tres articulos. scilicet Ablationem uanitatis ab auribus & oculis. Ablationem leccacitatis ab odoratu & gustu. Et ablationem resolute molliciei a tactu. Et hunc digitum munit ante vnguis: qui est odium sui Secūdus digitus est exercitiū laboris. Tres eius articuli sunt Abstinentie. vigilie. et orationes. Vnguis autem est spes remunerationis. Tercius digitus est contemplatio futurorū. Tres articuli quibus inflectitur sunt. Consideratio iusticie in penis: Meditatio misericordie premiantis. Et visio deitatis. Habens vnguem totum digitum protegentem. scilicet intellectū scripturarum. Quartus digitus est agendorum sollicita premeditatio. habens tres articulos. scilicet ut videamus in quo & quantum defecimus. Et in quo & quantum profecimus. Et quid acturi simus Habens vnguem protegentem. scilicet prudētiam sagaciter eligen

tem melius a minus bono. Quintus digitus. est illicitorum confessio. Tres eius articuli sunt. cõfessio trãsgressionis. omissionis. & ociosi. Vnguis autem protegens. confessionis ipsius ueritas. Primus digitus magnus est: propter cõtinuam pugnam sensuũ. sed breuis. quia circa ea que in nobis tm̃ sunt. Secũdus longior est extensus p totam vitã. Tercius longissimus contemplatione diuinitatis. Quartus breuior illo. sed tamen longior illo primo. Et quintus minimus quidem. eo ꝙ custodientibus se sollicite pauca inueniantur confessione purganda De primo dicitur in psal. Auerte oculos meos ne videant uanitatem. Et Iob. xxxi. Pepigi fedus cũ oculis meis &c̃ De secũdo dicitur Danie. ix. Posui faciem meam ad dominum deum meũ rogare & deprecari in ieiunijs sacco & cinere. Et psal. Deus deus meus ad te de luce vigilo. De tercio dicitur Isaie. xxi. Pone mensam contemplare in specula comedentes & bibentes. Mensa ponitur quãdo mens in eterna ueritate reficitur Specula vero est altitudo intelligentie ꝯtemplatiõis. Comedentes & bibentes sunt sancti in pascua fruitõis exultantes. De quarto dicit ap̃ls secũda ad Chorin̄. viij. Prouidemus em̃ bona nõ solum corã deo. sed etiam corã omibus hominibus. De quinto Iosue. vij. Fili mi da gloriam dño deo israel. & cõfitere atq3 indica mihi quid feceris. & ne abscondas illud

G Et nota ꝙ neutra istarũ manuũ sinistra est Vnde mulier hec significatur per Aioth. de quo legitur. iij. Iudicũ. ꝙ vtraq3 manu vtebatur ꝓ dextera. & ideo dicitur Canti. v. Manus illius tornatiles auree plene iacinctis. Et dicũtur tornatiles ꝓpter flexibilitatem ad opera. Auree verõ propter intentionis pietatem. sed plene iacinctis propter radianciã virtutis scd̃m distinctionem articulorum. Sequitur (suarum) In quo notatur ꝙ proprijs manibus operata est & non alienis. Et est cõtra quosdam qui manibus alienis mirabilia operantur. digito autem proprio nolunt mouere sarcinam. Cõmittunt se quidem orationibus sanctorum. sed indignos se faciunt prauis moribus orationibus eoru3. sicut Pharao in Exodo. viij. ca. rogauit filios israel vt orarent pro eo sepius Et Anthiochus. ij. Macha. ix. De quo dicitur. Orabat hic scelestus ad dominũ a quo nõ ess3 misericordiam consequuturus. Isti sunt qui cupiunt extrema sanctorum. sed non principium. sicut Balaam. xxiij. Nume. qui dixit Moriatur anima mea morte iustorũ. & fiant nouissima mea horum similia.

He Capitulum quintum
A Capitulum .v. § primus

E. Facta est quasi nauis institoris de longe &c.
He interpretatur vita uel susceptio: & de- bent simul iungi interpretatiões iste ut dicatur susce
h ptio vite. & tunc alludit sententie sequenti. quia panis quem de longe portat. vita mulieris est. sicut dicitur Iohã. vi. panis verus est qui de celo descendit: & dat vitam mundo. Item ibidem. Si quis manducauerit ex hoc pane viuet in eternum. Sequitur (Facta est quasi nauis institoris de longe portans panem suum). Hic notantur tria Primum quid nauis Secundum cuius nauis Tercium ad quem vsum. quia de longe portans panem. Circa primum est notandum. quod mulier hic assimilatur naui. quia omnia inueniuntur in ipsa moraliter que in magna naui esse dicuntur. In naui autem primo sunt ligna quedam fortia quibus tabule clauis exterius affiguntur: & habet ante proram. & posterius puppim. & in latere ratem. & in uentre carinam. secundum quod dicitur in uersibus. Prora prior pars est nauis altera. tercia puppis. Dic latus esse ratem. uentrem dic esse carinam. Habet etiam super puppim castrum: cui coniunguntur retro duo gubernacula. vnum a dextris. & aliud a sinistris. Et habet sentinam & apotecam & deambulatoria. & cameram ad mansionem nobilium. & castrum. habet etiam malum ante & malum retro. & artemones duos quibus annectuntur duo uela. & habet similiter rudentes quibus trahuntur artemones cum uelis super malum. habet etiam anchoras quibus sistitur & immobilitatur quandoque nauis. Et hec omnia mystice sunt in muliere. Ligna enim: que quasi fundamentum nauis sunt: sunt vires operandi quas deus homini dedit in corpore & in anima. sicut quinque sensus exteriores & potentia loquendi. & ratio & memoria & uoluntas. quibus lignis affiguntur tabule ordinate conuersationis: per clauos doctrine moralis. quia sicut dicitur Eccles vltio. Verba sapientum sicut stimuli sunt: & quasi claui in altum defixi: que per magistrorum consilia data sunt a pastore vno. postea bituminatur intus & exterius bitumine charitatis. intus diligendo deum. exterius diligendo proximum. Sicut dicitur Gene. vi. Bitumine linies intrinsecus & extrinsecus. Est etiam vncta exterius vnguento suauissime mansuetudinis: ut facilius labatur super vndas huius mundi

B Prora uero est humiliatio que oritur ex consideratione natiuitatis in mundum. quia sicut dicit apostolus prima ad Thi. vi. Nihil intulimus in hunc mundum. haut dubium. quia nec auferre quid possumus Et Iob. xiiij Homo natus de muliere breui viuens tempore repletur multis miserijs. quia quasi

flos egredit̃ & ꝯterit̃ & fugit uelut vmbra. & nūq̃ in eodē statu ꝑmanet Vn̄ etiā ps ista in naui stricta ē. qa multe sunt ꝯfusiōes et humiliatōes originis nr̄e qbus cōstringit̃ vita nostra. qd̄ optime exprimit̃ Sapien̄. vij. ubi sic dicit̃ Sum quidē & ego mortalis hō. silis hominib⁹. & ex genere terreno illius qui prior factus est scd̄m Adā. p quē habemus originale pctm̄ Et in uentre matris figuratus sum caro decē mensiū tpe. p qd̄ intelligit̃ defectibilitas. quia caro defectibilis pars in nobis est. Coagulat⁹ sum in sanguine. & ex semine hois. & delectamento somni cōueniente. per qd̄ intelligit̃ feruor libidinis & fomitis incendiū Et ego natus accepi cōmunē aerē. p quod intelligit̃ mortalitas et breuitas vite. quia sc3 sine respiratione aeris vitā habere non possumus. Et in silr factā decidi terram. per quod intelligit̃ impotētia adiuuādi seipm. & primā uocē simile oībus emisi plorans. p qd̄ intelligit̃ luctus miserie hui⁹ mūdi. & in inuolumētis nutritus sum & in curis magnis. per qd̄ intelligit̃ fomentū infirmitatis nostre. Et sequitur. Nemo em̄ ex regibus habuit aliud natiuitatis initium.

C Puppis aūt pars vltima est vite. sc3 consideratio mortis etiā stricta ex timore. sicut habet̃ Eccī. xli. O mors q̃ amara est memoria tua homini iniusto. & pacē habēti in substātijs suis. viro quieto. & cui⁹ vie directe sunt in oībus. & adhuc ualenti accipe cibū. Et hoc significat̃ in Actib⁹. xxvij. ubi dicit̃. ꝓra q̄dē fixa manebat & imobilis. puppis vō soluebat̃ a vi maris Quia cū homo credit habere quasi vite principiū tūc finis ei⁹ a sexto infirmitatis dissoluit̃ per mortē. Latus aūt quod ratis dicit̃ est ꝯpago virtutū cardinaliū que sunt prudētia tēperātia iusticia & fortitudo. de qbus habet̃ Sapien̄. viij. Sobrietate3 id est tēperantiā docet & prudentiā & iusticiā & virtutem hoc est fortitudinē. quibus vtilius nihil est in vita hominibus

D Venter aūt qui carina dicit̃ sunt q̄ttuor affectiōes naturales sc3 spes. metus. meror. & gaudiū. Sentina uero est purgatio ꝯfessiōis Apoteca promptuariū meditatōis Camera secretum ꝯscientie. Castrū desuꝑ ꝯfidentia securitatis Deambulatoriū latus trāsitus ꝯtemplatōis Malū ante habet fidei altitudinē. Malū retro intellectum. quia in diuinis intellectus sequit̃ fide3 Arthemone3 aūt habet in fide āmiratione ueritatis prime. cui appenditur uelut quibusdā ansulis uestigij & imaginis: ueluʒ speculi & enigmatis. Per rudentes auctoritates & reuelationes intelligunt̃ dicente Aug⁹. quia qd̄ credimus debemus aucto-

ritati. In malo uero intellectus habet arthemonē rōnis. cui cō‑nectit͂ uelū late inquisitionis per ansulas & fibulas studij & le‑ctionis. & attrahit͂ ꝑ rudētes disputatōis & doctrine. Habꝫ etiā retro duo gubernacula. scꝫ ꝯsilij & scientie. quoꝝ vnū guber‑nat in ꝓfundis. scꝫ ꝯsiliū. Alterū aūt in fluctibus cōmunibꝰ. s. scia que scd̄m Augꝰ. docet bn̄ ꝯuersari in medio praue & puer‑se nationis. De quibus gubernaculis habet͂ ꝓuerbioꝝ primo Audiens sapiens sapiētior erit. & intelligēs gubernacula possi‑debit. Ista gubernacula vertunt͂ & reuertūtur clauo discretiōis Vn̄ Salomon. malum nautā rephendens Prouerb. xxiij. dicit Eris sicut dormiens in medio mari. & q̄si sopitus gubernator amisso clauo. Anchora aūt huiꝰ nauis est spes. de q̄ dicitur ad Hebre. vi. Firmissimū habeamꝰ solatiū q ꝯfugimus ad tenen‑dā propositā spem. quā sicut anchorā habemus aīe tutā ac fir‑mā. & incedentē usqꝫ ad interiora uelaminis. hoc est usqꝫ ad se‑cretū uelate beatitudinis. Et nota ꝙ in Actibus legit͂. xxvij. ca. ꝙ q̄ttuor anchoras miserunt illi qui nauigabant cum Paulo. per quas intelligunt͂ quattuor certitudines spei. scilꝫ ex gratia & liberalitate dei. & ex ꝯscīa ꝓpriorum meritoruꝫ. & ex patro‑cinio passionis christi. & ex suffragijs sanctoꝝ. quia his q̄ttu‑or spes certificatur

E Sequit͂ (institoris) ꝑ qd̄ intelligit͂ secundū. s. cuius est na‑uis. dicit aūt glo. ꝙ institor dicit͂ mercator. eo ꝙ uehemēter in‑stat siue insistat negociatōi Et ē notādū ꝙ q̄druplex ē nauis scꝫ nauis nauigantiū. & nauis pugnantiū. & nauis piscantiuꝫ et nauis institoꝝ. Nauis nauigantiū est penitētia. In qua trāsi‑tus fit per mare huius seculi. & de hac habet͂ Sapien̄. iiij. ut non essent uacua sapiētie tue opa: ꝓpter hoc etiā exiguo ligno cre‑dūt hoīes aīas suas. & trāseūtes mare ꝑ ratē liberati sūt Exigu‑um lignū penitētie est humilis crux christi cui penitētes confi‑gurant͂. Mare aūt est inundatio huiꝰ seculi neqꝫ. in qua soli pe‑nitētes liberant͂. De hac naui etiā dicit͂ Math. ix. Ascendēs iesus in nauiculā trāsfretauit. & uenit in ciuitatē suā. hoc aūt dn̄o cō‑uenit. nō in se sed in mēbris attribuit͂ ei. qa nō peccauit. nō pe‑nituit. sed dn̄s trāsfretauit. hoc ē in suis. & uenit in celestē hieru‑salē q̄ est ciuitas sua. & hec nauis significat͂ per archā. in q̄ Noe qui iustus inuētus ē. custodit͂ ab ira dei & sui. Sicut dicit͂. ij. Pe. secūdo. Deus originali mūdo nō pepercit. sed octauū Noe iu‑sticie. i. pn̄ie p̄conē custodiuit. diluuiū mūdo impioꝝ inducēs Et Sapien̄. xiiij.. Ab initio cum perirent superbi gigantes. spes

orbis terrarum ad ratem cōfugiēs. remisit seculo semē natiuitatis q̄ manu tua erat gubernata Benedictū ē em̄ lignū per quod fit iusticia. Superbi gigantes sunt magni peccatores. multū habentes de terreno affectu. Gigas em̄ dicitur a geon grece quod est terra latine. quia multū habet de terrena substātia. Spes autem orbis terrarum penitētes sunt qui relinquunt seculo semen natiuitatis spūalis. quod manu dei gubernat̄ in fluctibus temptationū huius mundi. quia sicut dicit̄ Isa. primo. Nisi dn̄s sabaoth reliquisset nobis semen quasi sodoma fuissemus. & q̄si gomorra similes essemus.

F Nauis pugnantium est patiētia in tentationibus & tribulationibus. quas om̄es patiunt̄ qui uolūt pie viuere in christo. sicut dicit apl̄us. ij. Thimo. iij. Et nota q̄ sunt nouē pericula maris. cum quibus oportet pugnare. Primū est pyratarum. q̄ dicunt̄ a pir quod est ignis & rate. quia ignem proijciunt in ratem: & ferunt in rate. Et significant demones qui in se ferunt ignem inferni & ignē concupiscētie incendūt in nobis. & de hoc dicit̄ ad Ephesios ultimo. Non est nobis collluctatio aduersus carnem & sanguinem. supple tm̄. sed aduersus spiritalia nequicie in celestibus. id est pro celestibus aduersus spiritales nequicias dyaboli.

G Secundū periculū est acroceraminorum incursus. Et dicit̄ ab acros q̄d est mons. & ceros q̄d est cornu. & amnis aqua. q̄a sunt montes cornuti aquarum. in quos quandoq̄ impingit nauis & frangit̄. Et significat ambitionē huius seculi que demergit nauigantes. Sicut dicitur in ps. de nauigantibus. Ascendūt usq̄ ad celos & descendūt usq̄ ad abissos. anima eorum in malis tabescat. Vsq̄ ad celos ascendunt per ambitionē. & ibi impingunt in montes cornutos. hoc est in dignitates habentes cornua. Et descendunt in profundum inferni. ubi perpetuo tabescet malis anima eorum

H Tercium periculum est caribdis. Est autem caribdis absorptio & hyatus maris naues absorbēs. vnde dicitur etiā quasi carinas abdens. Et significat auariciam. per quam absorbetur nauis vite. De istis enim intelligitur quod dicitur Exo. xv. cap. q̄ descenderunt in profundum quasi lapis. & ibidem sub mersi sunt quasi plumbū in aquis uehementibus

I Quartū periculū est syrtes. Sunt autem syrtes eleuatiōes quedam arenarum quibus illa nauis ꝯfringit̄. & significat iram

quia ſicut dicit Salomon Prouer. xxvij. Graue eſt ſaxū. & oneroſa eſt arena. ſed ira ſtulti vtroq; grauior. Et de hoc periculo habetᷓ Actuū. xxvij. ubi dicitᷓ ꝙ nauigantes cū Paulo accingebant nauim: timētes ne in ſyrtim inciderent. Accinctio nauis nihil aliud eſt ꝙ̄ armatio patiētie cōtra illatas iniurias. Armatᷓ autē per equanimitatē & ſufferentiā mali & orōnē ꝓ inimicis factā. his em̄ quaſi quibuſdā cingulis alligatᷓ nauis ne a ꝯpage ꝓpria diſſoluatᷓ per illatas iniurias

K Quintū periculū eſt ſymplogadū cōcurſus. Sunt autē ſymplogades lapides mobiles in mari dicti quaſi ſymplodades. a ſyn qđ eſt con. & plodo is. qđ eſt plico cas. uel inuoluo. et ſignificat irriſiones & exprobratōes uerbo ꝝ. & ꝯtra q̄s etiā oportet pugnare ne frangāt nauim. quia talia patienter debemus ſuſtinere. Sicut dicitᷓ in p̄s. Improperia improperantium tibi ceciderūt ſup me Et prima ad Choꝝ. q̄rto. uſq; in hanc hóram blaſphemamur & obſecramus tanq̄ purgamenta huius mundi facti ſumus. omniū peripſima uſq; adhuc.

L Sextū periculū eſt naturalis eſtus maris. Ex quo cauſatᷓ quidā impetus maris retardās naues a via ꝓpoſita. Et ſignificat carnalē affectū qui retardat ſp̄m. Sicut dicitᷓ ad Gala. v. Caro cōcupiſcit aduerſus ſpiritū. & ſpūs aduerſus carnē. hec em̄ ſibi inuicem aduerſantur

M Septimū periculū eſt ſcylle rapacitas. Et dicitᷓ ſcylla ſcopuli quidā ꝓminentes ſub aqua ſubtus cauernoſi. p quoꝝ cauernas fluit & refluit aqua. Vnde etiam a poetis dicuntur capita canina. vñ etiā dicitᷓ a cilleo cilles qđ eſt moueor moueris non ꝙ ipſi ſcopuli moueantᷓ. ſed quia ibi aqua mouetᷓ fluxu et refluxu. & ſignificat inanē gloriā q̄ ſeqtur laudē populi qui mouetᷓ ſicut aqua. Et de hoc dicitur Iohā. v. Quomō vos poteſtis credere qui gloriā ab inuicē recipitis. & gloriam que a ſolo deo eſt non queritis

N Octauū periculū eſt ſyrenaꝝ cantus. Sūt aūt ſyrene ora virginea habētes cantu ſuo nautas retrahētes. & retractos periclitari facientes. Et ſignificat uoluptates huius ſeculi. cōtra q̄s oportet pugnare nauigantes p mare huius ſeculi. Et de hoc dicitᷓ Iſa. xiij. Syrene in delubris uoluptatū

O Nonū periculū eſt ꝯflictus beluaꝝ in ꝓfundo. & ſignificat preſſurā quā patiuntᷓ ſancti in hoc ſeculo a malis hominibus. Sicut dicitᷓ in p̄s. Hoc mare magnū & ſpacioſum manibꝰ illic reptilia quoꝝ nō eſt numerus. aīalia puſilla cum magnis illic naues pertranſibunt

P Et nota quod hec omnia pericula sunt in aqua. Tria alia pericula sunt que non sunt in aqua. sed duo in aere. & tercium in portu. In aere est uentus typhonicus. id est inflatiuus maris. & significat impetum superbie: qui inflat mare. hoc est inquietudinem cordis impii. quia sicut dicitur Isa. lvii. Impii quasi mare feruens quod quiescere non potest. & redundant fluctus eius in conculcationem & lutum. & non est pax. dicit dominus. impiis Et de hoc periculo dicitur Actu. xxvii. Misit se contra nauim uentus typhonicus qui uocatur euroaquilo. Cumque arrepta esset nauis & non posset conari in uentum. data naue. id est dimissa. flatibus ferebamur. Euroaquilo uentus mixtus est. Aquilo enim est ventus frigidus & siccus impetuosus ualde: veniens de iuxta septentrione. Vnde dicitur Eccl. xliii. Frigidus uentus flauit: & gelauit cristallus ab aqua. Euro autem est ventus calidus & siccus qui nascitur iuxta subsolanum proxime: declinans aliquantulum ad meridiem. Vnde euroaquilo uentus mixtus est: & significat superbiam: vt dictum est. que frigida est per impietatem. & sicca per crudelitatem. & typhonica siue inflatiua per fastum dominandi: & calida per ambitionem. & inde fertur flatibus quasi contrariis & impedit nauem bone vite. vt dictum est.

Q Aliud periculum aeris est: nullum penitus habere uentum. & significat pigriciam: que semper est immobilis. De qua dicit Salomon Prouer. xxiiii. Vsquequo piger dormies: vsquequo de somno consurges. parum inquam dormies: modicum dormitabis: pauxillum manus conseres vt quiescas. & veniet tibi quasi tempestas inopia: & mendicitas quasi vir armatus.

R Periculum autem in portu est locus bitalassi portus bissidus. vbi scilicet scissura quedam maris est per linguam terre in mare pertensa. Et hoc est periculum fraudis & doli in quod impingit homo quando creditur esse securus. Et hoc est quod dicitur Actuum xxvii. Cum incidissemus in locum bytalassum impegerunt nauem: & prora quidem fixa manebat immobilis. puppis vero soluebatur a vi maris. quia scilicet fraus blanditur ad faciem: sed amaritudine doli puppim id est incircumspecta nostra: que retro sunt: dissoluit & confringit. Contra omnia hec pericula fortissima nauem patientia oportet esse armatam & munitam. quia sicut dicitur in psal. Qui descendunt mare in nauibus facientes operationem in aquis multis ipsi viderunt opera domini & mirabilia eius in profundo. Et Eccl. xliii. Qui nauigant mare enarrant pericula eius: & audientes auribus nostris admirabimur. Eua-

dendi aūt omnia pericula hec non est possibilitas nisi ꝑ instan
tiam orationis ad dominū. vt sc3 excitetur dominus a somno
dissimulatōis adiutorij. Et hoc signatur Math. viij. vbi dicitur
ꝙ ascendente Iesu in nauiculam cum discipulis suis factus est
motus magnus in mari: ita vt nauicula operiretur fluctibus.
ipse vero dormiebat. & accesserūt ad eum discipuli eius dicen=
tes: domine salua nos perimus. Tunc surgens imperauit ven=
tis & mari. & facta est tranquillitas magna

S Sequitur. De naui piscantiū. Et hec est huius seculi na=
uis. Rethe aūt cum quo piscatur. est verbum dei. quod quan=
doq3 mittitur a sinistris nauis. sc3 qn̄ in cura pastorali & uerbo
dei intenditur lucru3 huius mūdi. Et hoc significatur vltimo
Iohan. vbi dicitur de Petro & alijs discipulis ꝙ ascenderunt in
nauim piscari. & illa nocte nihil prendiderūt. Nihil. id est tem
porale lucrum. qd̄ nihil est & minus ꝙ̄ nihil. quia peccatu3 est
Et de hoc dicit ap̄lus prima ad Chorin̄. ix. Que est ergo mer=
ces mea vt euāgelium predicans sine sumptu ponam euāgeli=
um. id est gratis predicem. vt nō abutar potestate mea in euan
gelio. quia ita preceperat christus dicens Math. x. Gratis acce=
pistis gratis date Quidam etiā mittūt in dextera. sicut christus
precepit Iohan. vltimo. Mittite in dexterā nauigij rethe: & in=
uenietis. & sunt illi qui querūt animas & nō lucra. Et tales pi=
scatores fecit dominus discipulos suos. Sicut legitur Math. iiij
Venite post me & faciā uos fieri piscatores hominū

T Sequitur. De naui institoris. Et hec est nauis negotiatio
nis. Est aūt duplex negotiatio. scil3 temporaliū. & sp̄ualium. &
scd̄m hoc est duplex nauis. vna transitoriorū. altera eternorū.
De primo dicitur Sapien̄. v. Quid nobis profuit sup̄bia: aut
quid iactantia diuitiarū cōtulit nobis. transierunt omnia hec
tanꝙ̄ vmbra: & tanꝙ̄ nūcius precurrens: & tanꝙ̄ nauis que ꝑ=
transit fluctuantem aquam. cuius cū preterierit nō est vestigiū
inuenire: nec semitā carine illius in fluctibus. De naue negotia
tionis sp̄ualiū habetur Gene. xlix. zabulon in littore maris ha
bitabit. & in statiōe nauiū ꝑtingēs vsq3 ad sydonem. zabulon
interpretatur habitaculum fortitudinis. & significat fortē mu
lierem. de qua iam dictū est. Mare autem est fluctuans instabili
tas & amaritudo huius seculi. Littus autem huius maris est sta
bilimentum gratie dei. in quo littore habitant sancti in statio=
ne nauium. hoc est in negotiatione spiritualiū: pertingens vsq3

ad sydonem: quod interpretatur venatio. quia in amaritudinibus huius seculi per patientiam eternas diuitias mercantur Sicut dicitur Deutro. xxxiij. Inundatiõem maris quasi lac sugent: thezauros absconditos arenarum. Qui autem sint hi thezauri describitur tercio Regū. x. vbi dicitur ꝙ classis Salomonis per mare cū classe hiram. semel per tres annos ibat in Tharsis: deferens inde aurum & argentum. & dentes elephantorum & simias & pauos. Salomon pacificus mulierem istam significat. Hyram autem interpretatur oliua domini. & significat christum cum cuius naui vadit nauis mulieris huius. quia negotiatio eius est similis negotiationi christi. Tharsis vero interpretatur exploratio gaudij. quia tales iam primitias spiritus accipientes experiuntur gaudia eterna Vadit autem nauis ista semel per tres annos. annus em̄ vnus vna perfecta reuolutio solis est. quia sol iusticie christus deus noster tripliciter mulierem istam illuminat. sc3 ad agendorum prouidētiam. & ad veritatis scripture intelligentiam. & ad contemplationem eternitatis. scḋm ꝙ dicitur Ecci. xliij. Tripliciter sol exurit montes id est excelsos in vita: radios in eos exufflans igneos. Auru3 autem quod deportatur significat charitatem. Argētum vero scientie de scriptura: Dentes elephantorum: castitatem mentis & corporis quibus mordetur concupiscentia carnis. Simia aūt imitationem sanctorum exemplorum. eo ꝙ simia: non om̄e animal: sed hominem imitetur. qui discretius & rationabilius agit inter animalia. Paui autem signāt specula sanctarū virtutum. Sed notabile est. vt habetur tercio. Reg. xxij. ꝙ etiam rex Iosaphat fecit classes que nauigarent in Ophir & in Tharsin ꝓpter aurum. & non poterāt ire. quia confracte sunt in asyongaber. Iosaphat em̄: qui interpretatur iudicium domini: significat eos qui volūt hic gloriari in mūdo: & in futuro regnare cū christo. Vnde etiam Asyongaber interpretatur vinculū. quia tales vinculo amoris huius mūdi ad hoc constricti sunt Vnde etiam legitur Paralip. xx. de Iosaphat ꝙ participationem habuit in factura huius classis cum Ochosia rege Samarie: cuius opera impijssima erant. Samaria em̄ mūdum hunc significat pro cuius nimio amore etiam confringuntur opera que eternam remunerationem videbantur negotiari. Et hoc est quod Elyazar propheta dixit ad Iosaphat secundo Paralip. xx. quia habuisti fedus cum Ochosia percussit dominus opera tua. cōtriteq3 sunt naues. nec potuerūt ire in Tharsis.

He Caplm quintū
A f Secūdus

Equitur De longe portans panem suum

Notandū autem primo est. ꝙ quadruplex est longe. scilꝫ scđm profundum. scđm altum. scđm latum. & scđm longum Longe scđm ꝓfundū est infernus: in qđ longe negotiatur mulier ꝑ timorem. Longe scđm altum est eternuꝫ regnū in qđ negotiatur per charitatem. Longe scđm latum est inquisitio intellectus: qui etiam latitudinis terminos huius mūdi excedit. Ad qđ negotiatur per studium scripturarū. Longe vero scđm longū est distātia a deo: qui est principiuꝫ omniū creaturarum vsqꝫ ad hominē: qui finis est omis creature. ad hoc negotiatur mulier ista per fidem & spem redemptōis. que facta est ꝑ mediatorem dei & hominū: hominē christū iesum: vt dicit apl's prima Thimo. ij. De hoc quadruplici longe dicitur. ad Ephe. iij. Det vobis deus scđm diuitias glorie sue virtutem corroborari ꝑ spiritū eius interiorem hominē: christū habitare per fidem cordibus vestris in charitate radicati & fundati. vt possitis cōprehendere cum omnibus sanctis que sit latitudo longitudo sublimitas & profundum. Istud etiā quadruplex longe significatur ꝑ quattuor brachia crucis

B Similiter est quadruplex panis quē mulier ista reportat de quadruplici longe. De primo eñ reportat panē ꝯpūctōnis de quo legitur in ṗs. Cibabis nos pane lachrymaꝝ. & potum dabis nobis in lachrymis in mensura. Et tercio Reg. xxij. Mitti te virū istū in carcerē. & sustentate euꝫ pane tribulatōis & aqua angustie. Carcer est custodia ecclesie firmata suꝑ penitentē. panis tribulatōis est panis ꝯpūctiōis. aqua angustie aqua lachrymaꝝ. Et hoc significatū ē tercio Reg. xix. vbi legit̄ ꝙ Helyas fugiens Iezabel obdormiuit subter vnā iuniperū. & angelus domini excitans eū dixit. Surge comede. & inuenit ad caput suū subcinericiū panē & vas aque. de quo comedit & bibit. & rursum obdormiuit. Et iteruꝫ angelus domini excitauit eum vt comederet & biberet: quia grandis ei via restaret. quod cum fecisset ambulauit in fortitudine cibi illius quattuor diebus & quattuor noctibus vsqꝫ ad montem dei oreb. Helias robustus dominator interpretatur. & significat penitētem qui dominatur sibi. Iezabel interp̄tatur sterquiliniū. & significat peccatuꝫ & infernū. que fugit penitens Vmbra iuniperi protectionē &

refrigerium clauiū ecclesie significat. sub quo dormit penitens quādo quiescit ab opere malo. Angelus excitans est gratia p̄ueniens remittens peccatū. & stimulans ad esum panis ꝯpūctionis & ad potum lachrymaruꝫ. eo ꝙ grandis restet via vsqꝫ ad mortem. Dicitur autē subcinericius propter arma penitentiū que scđm Augustinū sunt cinis & cilicium. Rursus aūt obdormiuit. quia post compūctōem a strepitu terreni amoris quiescit. sed angelus eum rursus excitat quando gratia subsequens penitentem ad sustinendas tentationes pulsat. Iteruꝫ aūt comedere est prius compunctum pro peccato. rursus pro tentatiōe compūgi. eo ꝙ grandis restet via ab inquietudine huius vite tentationū ad securitatem trāquillitatis eterne vite. Ambulat autē in fortitudine cibi illius per profectum boni operis quadraginta diebus. hoc est per tempus totum vite huius: qđ penitentie deputatur. quia quadragenarius numerus penitentiā significat. eo ꝙ in partibus suis surgat vsqꝫ ad quinquagesimum iubileum. Nume. xxxvi. per quem significatur gaudiuꝫ eternum. Mons autem dei oreb: qui incendiū interpretatur. significat altitudinē spūs in incendio charitatis.

C De secūdo longe reportat panē ꝯsolatōis eternoꝝ. De quo dicitur Gene. xlix. Aser pinguis panis eius. & prebebit delicias regibus. Aser beatus interp̄tatur. & significat eos q iam spe & gustu eternorum beati sunt. quorum panis ꝯsolationis apud reges: qui regunt seipsos. delicatus est. De hoc etiā dicitur Isa. xxi. Qui habitatis terram austri cum panibus occurrite fugienti. A facie em̄ gladiorum fugierūt. A facie gladij imminentis. A facie arcus extenti. A facie grauis prelij. Terra austri regio venientis luminis & caloris est. Et significat celestem patriam: habitantes eam sunt beati qui occurrūt nobis suffragijs & illuminatione: ferentes panem consolationis fugientibus a facie gladiorum. hoc est tentatione demonū. A facie gladij imminentis. hoc est tentatione carnis: que semper imminet nobis. Et a facie arcus extenti. hoc est a tentatione dyaboli. qui de occulto iaculans vulnerat nos. Graue aūt p̄lium est p̄lium mūdi in vanitatibus & spectaculis suis.

D De tercio longe negotiatur panem vite & intellectus. De quo dicitur Ecclesiastici. xv. Cibabit eum pane vite & intellectus: & aqua sapientie salutaris potabit illum. Et Amos. viij. Ecce dies veniēt dicit dominus. & mittā famē in terrā. non

famem panis neq; sitim aque. sed audiendi verbum dei.
E De quarto longe portat panem sacramenti. sc; corpus domini. De quo dicitur Iohan. vi. Ego sum panis viuus qui de celo descendi. Et Sapieñ. xvi. Angelorum esca nutriuisti populum tuū. & paratum panem de celo prestitisti illis sine labore. omne delectamentum in se habentem; & omnis saporis suauitatem. Substantiā em̄ tuam & dulcedinem tuam: quam in filios habes: ostendebas. & voluntati vniuscuiusq; eorum deseruiens ad quod quisq; volebat conuertebatur. Per quod intelligitur eucharistia: que cōtinendo christum continet autoritatem omnis gratie & saporem. quem panē nobis deus ex substantiali bonitate dulcedinis sue dedit omnibus nobis deseruiens. cum om̄es inueniamus in ipso qđ querimus

A Capl'm. vj. § primus

Au De nocte surrexit deditq; predā dome. &c.
Vau interpretatur hec vel ista. quorū vtrūq; demonstratiuū est. Et notatur per hoc in muliere aliquid euidens quod est ad laudem eius. Et hoc exprimitur in versu sequēti. In quo notantur tria. scil; mulieris surrectio. & preda. & distinctio prede. In primo tria notanda sunt. sc; a quo. quando. & in quid surgendum sit. Primū notatur in hoc qđ dicitur. de nocte. scđm q nox metaphorice accipitur. Secūdum notatur in eodem scđm q accipitur litteraliter. Tercium notatur in verbo surrexit. Est aūt triplex nox metaphorice de qua surgendū est. sc; Nox peccati. Nox temptationū: Et nox ignorantie vel obscure cognitōis. De prima nocte dicitur Sapieñ. xvij. Dum putant se latere in obscuris peccatis tenebroso obliuionis velamento dispersi sunt pauentes horrende & cum admiratione nimia perturbati Om̄e peccatū obscurum est. sed p̄cipue peccatum libidinis agitur in obscuris. propter quod etiam obliuiscitur hominū deus & pturbat eos penis admirabilibus. De eodem habetur ibidē infra. Ignis nulla vis poterat eis lumen prebere nec syderū limpide flamme illuminare poterant noctem illam horrendam. Per ignem significatr gratia dei. quia sicut dicitur ad Hebre. xiij. Deus noster ignis consumens est. Per limpidissimas flammas syderum significantur exempla sanctorum qui nō illuminat noctē; pre

cipue in illis qui ſemper appetūt in nocte remanere. Item Iob iij. Sit nox illa ſolitaria nec laude digna. id eſt peccatum peccatō nō addatur. nec laus in peccato queratur De nocte tentationis dicitur Iob. xxx. Nocte os meum perforatur doloribus. & qui me comedūt non dormiūt. Per os robur virtutis ſignificatur. quod perforatur in tentatione. Per comedentes autem demones incendentes tentationes. Item in pſal. Memor fui nocte nominis tui domine. De tercia nocte habetur Iohan. vi. Qui ambulat in nocte offendit. quia lux non eſt in eo. hoc eſt in ignorantie tenebris. Item Thobie. v. Quale gaudium mihi erit qui in tenebris ſedeo & lumen celi non video. hoc eſt lumen ſcientie veritatis dei. de quo dicitur in pſal. Lucerna pedibus meis verbū tuū & lumen ſemitis meis

B Sequitur quando ſurgendum eſt. quia de nocte. ad litteram. ad laudem dei. ſicut dicitur in pſal. In noctibus extollitē manus veſtras in ſancta & benedicite domino. Item alibi. Media nocte ſurgebam ad confitendum tibi. Et hoc ſignificatur in reſurrectione domini ꝙ ſcđm Gregoriū de nocte ſurrexit. Sicut habetur Iudicum. xvi. ꝙ Sampſon fortiſſimus media nocte conſurgens apprehendit ambas porte fores cum poſtib⁹ ſuis & ſera. impoſitiſq; humeris portauit ad verticē montis qui reſpicit Ebron. Sampſon ſol fortis interpretatur. & ſignificat chriſtum qui dormiuit in morte in Gaſa que interpretatur robuſta. & ſignificat limbum inferni: in quo fuit anima chriſti. Vtrūq; autem oſtium ſignificat duas munitiones inferni. ſc; fraudulentiam demonis. & impotentiam hominis. Poſtes autem horum oſtiorum in vna parte fuit inuidia dyaboli. per quam introiuit mors in orbem terrarum. vt dicitur Sapientie. ij. Et in altera parte ſuperbia hominis: per qua; voluit eſſe ſicut deus ſciens bonum & malum. Secūda autem concludens totum erat reatus originalis peccati. que oīa portauit chriſtus in eminentiam beate reſurrectionis ad viſionem ſempiternam. quia Ebron viſio ſempiterna interpretatur. De hac etiam nocte dicitur in pſalm̄. Nox ſicut dies illuminabitur. & nox illuminatio mea in delicijs meis

C Sequit̄. In qd ſurgendū ſit. Et ſunt duo. ſc; opa excelſa & ſapor celeſtiū. Quorū vtrūq; notatur ad Coloſſ. iij. Si cōſurrexiſtis cū xp̄o. q̄ ſurſu; ſunt q̄rite. ſc; in opib⁹ virtutū. vt dicit glo. ibidē. q̄ ſurſu; ſunt ſapite. ſ. i ſapore celeſtiū. nō q̄ ſup terrā

Vau Capl'm sextū.

Sed nota q̄ quidā resurgūt cum christo. & quidam resurgunt cū Lazaro. Cū Lazaro resurgūt qui iterū moriūtur p̄ peccatū Cum christo resurgūt qui p̄seuerant in bono. Sicut dicitur ad Roma. vi. Christus resurgēs ex mortuis iam nō moritur: mors illi ultra nō dominabitur. qui mortuus est peccato: mortuꝰ est semel. q̄d autē viuit: viuit deo. ita & vos existimate vos quidē mortuos esse peccato: viuentes aūt deo in xp̄o Iesu

A § Secūdus

Equitur de preda huius mulieris. que notatur p̄ hoc q̄d dicit (Dedit predam domesticis suis) Triplex est em̄ p̄da quā mulier tribus domesticis suis dat. scꝫ Preda inferni quam dat angelis. Preda mūdi: quam dat proximis. Et preda carnis quam dat sanctis. Predam inferni dat per christū. qui fregit infernū. Sicut dicitur Isa. viij. Voca nomen eius. hoc est christi. accelera: spolia detrahe. festina predari. quia anteq̄ꝫ sciat puer uocare patrem suū & matrē suā: auferetur fortitudo Damasci: & spolia Samarie coram rege Assirioruꝫ. Hoc est dicere. anteq̄ꝫ christus ostendat se scire uocare nomen patris & matris q̄ꝫtum ad causam incarnatōnis. detrahūtur spolia inferni q̄ custodita fuerūt a dyabolo. qa Samaria custodia interp̄tatur Damascus autē potus sanguinis interp̄tat̄. & significat demones q bibūt peccatū. Vn̄ corā rege Assirioꝝ: hoc est corā dyabolo detracta sunt spolia Samarie: qn̄ ꝯfracta sunt inferna. sicut p̄miserat dominus sanctis. Isa. xlix. Nūqd tolletur a forti preda. aut q̄d captum fuerit a robusto saluum esse poterit. quia hec dicit dn̄s. Equidem & captiuitas a forti tolletur: & q̄d ablatū fuerit a robusto saluabitur. Ista preda data est domesticis qui sunt angeli. quia illi habitāt nobiscū in eadem domo celi. Sicut dicitur in euangelio Iohan. xiiij. In domo patris mei mansiones multe sunt Et ad Ephe. ij. Iam nō estis hospites & aduene. sꝫ estis ciues sc̄toꝝ & domestici dei. hoc est in domo dei cū āgelis habitātes

B Predā: quā aufert a mūdo: aīe sunt quas ꝯuertit. Et hoc significat̄ Gene. xiiij. vbi Abrahā p̄cussit quinq̄ꝫ reges. & reduxit captiuos & Loth. Per quinq̄ꝫ reges significat̄ quinq̄ꝫ sensus qui occidūtur in vita ꝯcupiscentie. Loth etiā interpretatur declinās. & significat eos qui declinauerūt in peccatū. Et isti reducūtur p̄ cōuersionē. Hoc idē significat̄ primo Reg. xxx. per eos quos reduxit Dauid a captiuitate Amaleth. Et sil'iter primo

Regum.xviij. Per centũ sc3 prepucia philistinoꝝ que numera-
uit Dauid regi ut esset gener regis. Prepuciu3 em̃ supfluitates
significat. que amputant̃ gladio spũs. quod est uerbũ dei Hebreo.
iiij. Filia aũt regis celestis eccl'ia est. que desponsat̃ docto-
ribus & predicatoribus p cõuersione3 animaꝝ. Ista preda dat̃
pximis qui domestici nostri sunt. hoc est in ede cõuersatõis no-
biscum habitantes. ut dicit̃ prima Thimo.v. Si quis aũt suoꝝ
et maxime domesticoꝝ curam non hab3: fidem negauit. & est
infideli deterior. Hec domus. in qua habitamus cũ pximo. si-
gnificat̃ per stabulũ in quod samaritanꝰ introduxit semiuiuũ
ut habetur Luce.x.caplo.

C Tercia preda auferẽ a carne. de qua dicitur Isa.ix. Om̃is
violenta p̃datio cũ tumultu. qa sc3 cũ tumultu remurmuratõ-
nis carnis oportet a corpe auferri predã castitatis. Et ideo sequi-
tur etiam. uestimentũ mixtũ sanguine. hoc est corpus mixtu3
peccato: erit in cõbustionẽ & cibus ignis. Item Iob.xxix. Con-
terebam molas iniqui & de dentibus illius auferebam preda3.
Iniquus est ↄcupiscentia habẽs duas molas. sc3 gulam & luxu-
riam. que conterunt̃ per carnis mortificatõem. & aufert̃ ab eis
preda castitatis. Hec preda assignat̃ sanctis quasi domesticis. ut
habet̃ Ecci.xxxij. Ne ponas anime tue scandalu3. & a filijs tuis
caue. & a domesticis tuis attẽde. Scandalũ sue anime quis facit
per luxuriã. sed a filijs suis cauet his quoꝝ curam suscepit. & at-
tendit a domesticis. qñ sanctis in eadẽ domo sanctitatis secum
manẽtibus bonũ exemplũ dat: precipue in castitate. quia sicut
dicit Grego. Peccata carnalia maioris sunt infamie ꝙ̃ spũalia.
De hoc habet̃ etiã ad Gala.vi. Dũ tempus habemꝰ operemur
bonũ ad om̃es. maxime aũt ad domesticos fidei

D Sequitur (Et cibaria ancillis suis) Sunt cibaria virtutu3
cibaria doctrine. cibaria sacramenti. cibaria contẽplationis. &
cibaria eterne beatitudinis. De cibarijs virtutũ habetur Isa.iiij.
Apprehendent septem mulieres virum vnũ in die illa dicẽtes.
Panem nostrũ comedemus. & uestimẽtis nostris operiemur. tã-
tũmodo inuocet̃ nomen tuum sup nos: aufer opprobriu3 no-
strum. Ibi dicit glosa. ꝙ septem mulieres sunt septem virtutes.
et panis earum refectio gratie est. De quo dicitur in ps. Panis
cor hominis ↄfirmat. Vestimenta aũt sunt opera. vir ratio. op-
probrium sterilitas meritoꝝ. ablatio opprobrij eorundẽ fecũ-
ditas. De secundo dicitur prima Choꝝ.iij. Tanꝙ̃ paruulis lac
uobis potum dedi: non escam. hoc est doctrinam de rudimen

tis fidei. & humanitate saluatoris. ut habetur Deutro. viij. Nō in solo pane viuit homo. sed in omni uerbo quod egreditur de ore domini. Et ad Hebre. v. Facti estis quibus lacte opus sit et non solido cibo. Om̄is em̄ qui lactis est pticeps. expers ē sermonis iusticie. puulus em̄ est Perfectorꝝ autem est solidus cibꝰ eorum qui pro ipsa cōsuetudine exercitatos habent sensus ad discretionem boni ac mali. De tercio habet̄ prima Chorꝝ. x. ca. Panis quē frangimus nonne pticipatio corporis domini est. & calix benedictionis cui benedicimus. nonne cōmunicatio sanguinis christi est. Et prima Chorꝝ. v. Pascha nostrum immolatus est christus. Itaqꝫ epulemur nō in fermēto ueteri neqꝫ in fermento malicie & nequitie. sed in azimis sinceritatis & ueritatis De quarto habetur Prouer. ix. Venite comedite panē meum. & bibite vinū quod miscui uobis. Panis ē efficacia substantialis bonitatis dei. Vinum autem est liquor liquide & eterne ueritatis. mixtū aqua sapientie salutaris Itē Canti. v. Comedite amici & bibite & inebriamini charissimi Amici comedūt et bibunt in cōtemplatione. sed inebriantur in excessu mentis De quinto habet̄ Luce. xxij. Ego dispono uobis sicut dispo suit mihi pater meus regnū. ut edatis & bibatis super mensam meā in regno meo

E Primū conuiuiū est conuiuiuꝫ filiorum. ut dicitur Iob primo. Et dies illius conuiuij transeunt in orbem. quia quelibet virtus in altera reficitur & iocundat̄. Secundū est cōuiuium filiorꝝ Iacob. qui cum Ioseph fratre comedent in meridie Gene. xliij. ca. Hoc est in plena luce doctrine christi. & inebriatur coram eis christus. quia quod illi percipiunt in prouerbijs de doctrina ueritatis. hoc christus eterna generatione habūde recepit a patre. Ebrietas em̄ ibi in non vicium. sed habundantiā sonat. Tercium conuiuiū est cena apostolorꝝ cum iesu ante passionem Mathei. xxvi. Quartum aūt est conuiuiū festiuantium & epulantiū coram domino per tria tempora anni. scilicet pascha penthecosten & scenopheia. hoc est per tres considerationes cōtemplantiū. Considerāt em̄ gloriam resurrectionis et opus redemptionis in pascha. In penthecoste uero virtuteꝫ sancti spiritus quo sancti induuntur ex alto & ebrietatem amoris ꝙ qui omnibus linguis loquuntur. scꝫ linguis hominū & angelorum. memoriaꝫ habundantie suauitatis dei eructantes et in iusticia eius exultātes Quintū est ꝯuiuiū regis Assueri cū principibus suis. qui interp̄tatur beatus. & significat deū quā

do principes. id est sancti populorum congregati erunt cum deo Abraam in sinu suo. hoc est in requie ubi non erit qui nolētes cogat ad bibendum. sicut modo pigricia & fastidium generatum in nobis facit. quod non sapit nobis vinū beatitudinis eterne. & ideo ipsi sunt nos nunc inuitantes & cogentes nos exemplis & uerbis. & prouocantes ne inedia consumamur. Tunc autem complebitur desiderium nostrū quādo de torrente uoluptatis dei bibemus. ita ut nemo ibi cogat fratrem qui auidus erit haurire quātumcūque fons vite & beatitudinis dignabitur

A Capitulum. vij. § primus

Ai Considerauit agrum et emit illum. et de fructu manuū suarum plantauit vineam.

3 Duo hic considerantur. scilicet interpretatio littere prescripte. & sententia uersiculi. zai autem interpretatur oliua. & competit uersiculo epygrama huius littere quia uersus est de fructu manuū pingui & uberrimo. sicut oliua fructus affert. vnde psalmus. Ego autem sicut oliua fructifera in domo dei mei semper. in misericordia dei in eternū & in seculum seculi. Dicitur autem mulier hec oliua propter tria. Vnū est natura oliue. Secundū est utilitas eiusdem Tercium autem signum oliue. In primo hoc est in natura oliue nota tria. Primum est quod hec arbor discretionem sexus in se habet. quando est fructifera. Secundū autem est quod stat virentibus folijs hyeme et estate. Tercium autem quod fructum fert cum ossibus. Primum est a calido in partibus quibusdam quod est faciens fructificationem. & humido in quibusdam quod est ministrans materiam. Calor est charitatis feruor. humor autem est pietas. sine quibus homo non est oliua. sed oleaster. frigore auaricie. & humore uoluptatis infecundus. De hoc dicitur Roma. xi. capitulo. Tu autem cum oleaster esses insertus es in bonam oliuā. & socius radicis oliue & pinguedinis factus es. Homo enim est oleaster per peccatum originale & actuale. Sed inseritur in bonam oliuam per gratiam. & fit socius radicis charitatis. quia charitas radix est omnium bonorum. et pinguedinis pietatis bonorum operum

B Secundū autem scilicet quod stat virentibus folijs. significat hoc

q̄d dicit̄ ad Ephe. iiij. ꝙ om̄is sermo malus ex ore hui⁹ mulie-
ris nō ꝓcedit. sed si quis bonus est ad edificatōem fidei ut det
gratiaꝫ audientib⁹. Stat aūt in hyeme & estate. quia nec in pro
speris nec in aduersis stultū aliquid contra deū loquit̄ mulier
ista fortis. Et de hoc habet̄ Geñ. viij. ubi colūba attulit ramum
oliue virentibus folijs in archā. Columba est colūbina. hoc est
innocens vita. Ramus oliue in ore. uerbū pacis in loquutione
Archa aūt est eccl̄ia Et nota ꝙ arbores lati & tenuis folij fluūt
folio. ut dicit phūs. ij. posterioꝝ. que significāt linguā magni-
loquā. & labia dolosa que in detractione & mendatio & ocio
so aduersus iustū loquunt̄ iniquitatē in superbia & in abusio-
ne. vnde & tenue est folium. quia non est meditatione sapiētie
inspissatū ut pondus habeat Item nota ꝙ dicit phūs quod in
spissat succum in contactu folij facit fluere folia. Inspissat̄ autē
succus a frigore. Succus uero significat resolutōem uoluptatis
in gula & luxuria. Frigus autem est desideriū torpens ad diui
na. & illud est frigus quod inspissat uoluptatem. & habunda-
re facit in ꝯcupiscētia carnis. Et in illis etiā duob⁹ vicijs maxie
cōsueuerunt habūdare inutilia & fluentia uerba. Et ideo diues
epulo scd̄m Lucā. xvi. cap̄. acerbius punit̄ in lingua. Quia ut
dicit Grego. Inutilis loquacitas habūdare consueuit in mēsis.
et similiter luxuria. Et ideo Prouerbi. dicit̄. vij. ꝙ mulier uaga
et garrula est. & ꝙ iuuenem uecordem irretiuit multis sermo-
nibus. Ecōtra aūt dicit̄ de iusto in p̄s. ꝙ folium eius nō defluet
et om̄ia quecunqꝫ faciet semꝑ prosperabuntur

C Terciū aūt ꝙ scꝫ fructum fert cum ossibus. significat ꝙ
in opere mulieris huius est robur meriti. quod ualet ad eternū
regnum. liquorem em̄ pietatis vndiqꝫ circūfusum. supple exte
rius. exhibet proximo. Interius aūt ꝯscientia secura roboratur
in merito eternorum. De quo habetur Osee. xiiij. cap̄. erit qua
si oliua gloria eius. Econtra est de his qui om̄ia faciūt ut videā
tur ab hominibus. & amittunt robur meriti: & gloriaꝫ pro fa-
uore temporali. De quo in ep̄la Iere. Mulieres circūdate funi-
bus in vijs sedent succendētes ossa oliuarum. Cum autem ali-
qua ex ipsis abstracta cum aliq̄ trāseunte dormierit ꝓxime sue
exprobrat ꝙ ea nō sit digna habita sicut ip̄a. neqꝫ funis eius di
ruptus sit: Mulier resoluta inani gloria est anima. Funibus au-
tem obseruationū & preceptoꝝ dei est exterius & non interius
circūdata. quia amant in plateis stantes orare. & cum faciunt
elemosynas: tuba canunt ante se, sicut habet̄ Mathe. vi. Et sedet

in via in prospectu populi succendens ossa oliuarum. quia quicquid in operib⁹ taliū roboris & meriti esse deberet: totū flāma adulatōis incendit & concremat. vñ cum transeuntib⁹ luxuriari dicit. quia qñ audit laudē ppriā: amplius extollēdo se despicit aliū φ ipse nō dignus pmio laudis videat ut ipa. sicut dicit phariseus Luce. xviij. Grās tibi ago dñe. quia nō sum sicut ceteri hominū raptores iniusti adulteri. uelut etiam hic publicanus Rumpit aūt funis qñ opus & institutio specialis pcepti ab eternis. ad que ligare deberet. distrahit ad fauorem laudis

D Sequit de secundo quid sit oliue utilitas. & hic est usus olei quo dij utunt & hoīes. ut dicit Iudicū. ix. Dij aūt scdm hebraici ydiomatis pprietatē sunt diuine psone q use sunt oleo misericordie ad nos. Et silr hoīes utunt. quia sunt misericordes sicut & pater eorum celestis misericors est. ut dicit Luce. vi. Usum aūt huius olei exhibuit nobis dñs pcipue in qttuor sc3 in misericordia redemptōis. & in ꝯcessione uenie delictorum. & in castigatione correctionis. & ultimo in acceptatōe nostri seruitij De primo intelligit illud in canti. primo. Oleū effusum nomē tuū quia sc3 misericordia redemptionis eorū in omes est demōstrata. vnde in ps. Apud dominu3 misericordia. & copiosa apud eum redemptio

E De secundo intelligit hoc qd habet Luce. x. φ samaritanus custos aīe nostre appropinquit vulnerato alligans uinculis pceptorū vulnera infundēs oleū misericordie in cōcessione uenie. & vinū ꝯpunctōnis. & duxit in stabulū religionis & bone vite. pferens duos denarios charitatis dei & pximi. uel doctrine duorum testamentorum. & dans stabulario. i. plebano uel plato ut curam eius ageret in ammonitōe cōtinua

F De tercio dicit in ps. Si iusticias meas pphanauerint & mādata mea nō custodierint. visitabo in virga iniquitates eorum & in uerberibus peccata eorum. misericordiā autē meā non auferā ab eis. ij. Macha. vi. Nō multo tpe sinere pctōres ex sententia agere. sed statim ultionē exhibere extremi bñficij est indicium. ps. Castigans castigauit me dñs & morti nō tradidit me quasi diceret. Per castigatiōem euasi mortē. Iob. v. Ipse vulnerat & medet. percutit & manus eius sanabunt. Vnde de Dauid dicit. Inueni Dauid seruū meū oleo sancto meo. i. virga misericordie. vnxi eum

G De quarto dicit ad Titū. iij. Nō ex operibus iusticie q fecimus nos. sed scdm suā misericordiā saluos nos fecit. omes enī iusticie nostre sunt sicut pānus menstruate Esa. lxiiij. Et ideo

misericordia domini magna est. si quid est acceptuȝ. supple in
H Similiter autẽ & homines utunť oleo miseri (nr̃o ope
cordie in q̃ttuordecim effectibus vel ꝑtibus istius virtutis. q̃ꝝ

Septem sunt corpales. scȝ
- Cibare esurientẽ
- Potare sitientem
- Vestire nudos
- Colligere ꝑegrinos & hospites
- Visitare infirmos
- Venire ad captiuos redimẽdo eos uł

alleuiãdo eis captiuitatẽ. Et de istis sex simul habeť Mathe. xxv
ꝙ requirit ea dñs ab his qui erũt in iudicio iudicãdi siue ad mor
tem siue ad vitã. Septimũ aũt ẽ sepelire mortuos. qđ laudať
in Thobia ab angelo Thobie. xij. Et de his habeť uersus Visito
poto. cibo. redimo. tego. colligo. condo. Alij sunt

Septẽ effectus mie spũales. s.
- Cõsulere ei qui nõ habet consilium
- Castigare delinquentem
- Remittere in nos peccanti
- Consolari pusillanimem
- Portare & ferre infirmũ
- Orare pro omnibus indigentibus
- Docere ignorantem.

De his habeť talis uersus Cõsule. castiga. remitte. solare. fer. ora
Et addiť doce extra uersum. Tunc est hõ misericors sicut & pa
ter celestis misericors ẽ. & sic habet usum olei & oliue tãꝙ ostiũ
regni celestis. qa ꝑ illđ exiuit dñs ad nos. & ꝑ illud intrabim⁹
ad ipsum. & hoc bñ significatũ ẽ. iij. Regũ. vi. ubi legiť ꝙ ostia
scti sctõꝝ fecit Salomon duo de lignis oliuaꝝ. vnũ scȝ miseri
cordie quo utiť deus exeũdo ad nos. alterũ aũt ꝑ qđ intrat hõ
ad deum in usu oliue

I Sequitur de tercio. scȝ de significatiõe oliue. Figurat aũt
tria oliua. Primũ est pax. Secundũ est effectus miserẽdi. Terciũ
est viror ꝑpetuus in eterna beatitudine. De primo habeť Iere.
xi. Oliuã uberẽ pulcrã fructiferã speciosam uocauit dñs nomẽ
tuũ. Vberẽ in operib⁹. pulcrã in pulcritudine pacis. fructiferã
in requie opulẽta ꝯscie. speciosam aũt in tabernaculis fiducie
in ꝯtẽplatione. In huius signũ pueri hebreoꝝ. sicut habeť Ma
thei. xxi. tulerũt ramos oliuaꝝ obuiãtes dño. nunciãtes pacẽ
factã ꝑ christuȝ. De secũdo habeť zacha. xiiij. Stabãt pedes dñi
sup montẽ oliuaꝝ. q est ꝯtra hierlm ad orientẽ. hoc est sup altι
tudinẽ misericordie. q̃ respicit ꝑ meritũ celestẽ patriã. vñ etiaȝ
misericordia. q̃ apparuit btõ Iohãni elemosinario in spẽ. puel

 **Primus**

le virginis coronata serto de ramo oliue astare videbatur sibi.
De tercio dicit zacha. iiij. Ecce candelabrũ aureũ totũ & sup caput eius lãpas. & postea dicit: duo oliue sup illd. vna a dextris lãpadis & vna a sinistris eius. Candelabrũ aureũ ẽ christ⁹ lucẽs in celo. Oliua aũt vna est corpus virens in sinistra. Et aĩa virẽs in dextra est oliua secũda. quia homo in vtroq₃ illorꝝ recipit illuminationẽ a christo. sed in aĩa principaliter. & ideo a dextris & in corpore secũdario. & ideo a sinistris

K Sequit̃ snĩa uersiculi Et illa est in duobus. sc₃ in emptione agri. & plãtatõe vinee. Circa emptionẽ agri tria occurrunt notanda. Primo quis sit ager. Scdo q̃liter ꝯsiderandus est emẽdus ager. Tercio ipsa agri emptio. Circa primũ notandũ est ꝙ sextuplex est ager circa quẽ emendũ occupat̃ mulier. Primus est ager actionis. Scds ager ꝯtẽplationis. Tercius ager scripture nostre. Quart⁹ nature. Quint⁹ ager redẽptionis Sextus ager cordis desiderij celestis patrie. Prim⁹ ager scindit̃ uomere obediẽtie mãdatorꝝ & ꝯsiliorꝝ Et est de ipso scriptũ Iere. xxxij. Eme tibi agrũ meu₃ q̄ est in anathot. qa tibi ꝯpetit iure ꝓpinqtatis hereditas. omni em̃ christiano. qui in habitu ꝓmittit obedire mãdatis. ꝯpetit iure huius ꝯgregatõis ager in anathot. q̃ interpretat̃ obediẽtia. De isto agro etiã itelligit̃ illud Geñ. xxvij. ca. Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni. cui bñdixit dñs Odor est noticia bonorꝝ operꝝ obediẽtie. plenus ager est vita actiua plena operibus bonis. Benedictio dñi est cõseruatio eorunde₃ operum in ꝑseuerantia usq₃ in finem

L De secũdo agro. sc₃ ꝯtemplationis habet̃ Geñ. xxiiij. ꝙ ysaac egressus ad meditandũ in agro. egredit̃ aũt quis passib⁹ intellectus in agrum cõtemplationis ad meditanda eterna. et tunc occurrit ei Rebecca que interpretat̃ que multũ accepit. et hec est sapientia quã querit sponsa₃ accipere ꝯtemplãs & amator factus est forme illius. ut habetur Sapieñ. viij. Iste est ager super quẽ apparuit fluens mel. hoc est dulcedo sapientie. vt habetur primo Regum. xiiij. de quo comedit Ionathas. & illuminati sunt oculi eius.

M De tercio agro. hoc est scripture habet̃ Ruth. ij. Vadã in agrũ: & colligã spicas que fugerint manus metentiũ. ubicunq₃ clemẽtis in me patrisfamilias reperero gratiam. Spice sunt scripture intellectus historicus allegoricus moralis & anagogicus in agro scripture. Paterfamilias est spũssanctus. Gratia sua est gratia reuelationis & gratia studij

N De quarto agro hoc est huius mūdi siue nostre nature dicit' in euange. Mathei. xiij. Ager hic mūdus est. i. cor humanū siue nostra natura. in qua supseminauit dyabolus zizania De hoc agro habet'. ij. Regu3. xxiij. ibi legit' de agro q erat plenus lente. in quo pcussit Semmaa philisteos. & fecit salutē magnā in pplo israel. Lens significat ɔcupiscentiā in mēbris nostris. quia lenticula est rufa. in qua amisit uorator Esau benedictionē primogeniture. ut habet Gen̄. xxv. & hoc est ɔcupiscentia carnis. sed Semmaa interp̄tat' famosa exauditio eiꝰ. quia ille q carnē vincit exaudit' famose a deo. & ille intuitus est p castigatōem. agrū cum lente. & pcussit mortificatōe carnis philisteos. i. potione cadentes. i. demones qui calicē ire biberūt & ceciderūt. De hoc etiā dicit' Prouer. xxiiij. Per agrū hoīs pigri trāsiui. & p vineā viri stulti. & ecce totū repleuerāt urtice. & operuerant superficiē eius spine Vrtice sunt pruritus carnis. Spine pūcture ɔscientie male

O De quinto sc3 agro redemptōis habet' in oībus euāgelijs in passione. & originaliter Iere. xxxij. ꝙ cū precio emerunt agrū acheldemach. hoc est agrum sanguinis in sepulturā peregrinoꝝ. Peregrini sunt sancti q peregrinos & hospites se eē cōfitent' sup terrā. Sepultura eoꝝ est quies a uexatione demonu3 et hoc ɔsequuti sunt sancti p preciu3 sanguinis christi. Hic ager significat' in Gene. xxiij. c. in agro quē Abraā emit ab ephron cum spelūca duplici in sepultura Sare. Abraam pater multarum gentiū christus est. Ephron interp̄tat' visio iniquitatū. & significat iudaicū pplm & demonū turbam. q quietē sanctoꝝ impediebāt. Sara aūt princeps interp̄tat' & sctōs figurat Spelunca duplex. duplicē redemptōem. in qua quiescunt sancti p sanguinē redemptionis. sc3 spēi & spei siue expectationis et cōprehensionis. figurat.

P De sexto sc3 agro desiderij celestis patrie dicit' in euāge. Math. xiij. ꝙ sil'e est regnū celoꝝ thezauro abscondito in agro quē cū inuenit homo abscōdit. & pre gaudio illius uadit & uēdit vniuersa que habet. & emit agrū illu3. Ibi dicit glo. Grego. ꝙ thezaurus est desideriū celestis patrie: qd' in agro cordis absconditt'. qd' cum inuenit hō omnia tanq; nihili ducit dūmodo agrū acquirat. De hoc etia3 dicit' Cantico. vij. Egrediamur in agrū. supple ad q̄rendū thezaurū. cōmoremur in villis. hoc ē in habitationibus angeloꝝ. quo puenire desideramus

Q Sequitur qualiter ager iste cōsiderandus est ut ematur.

Est igitur triplicit(er) ꝯsiderandus: sc3 estimatiōe. discretione. & prouisione. Estimatione: vt quanti valeat sollerter estimetur & ponderetur. Discretione: ne nimis pro agro exhibeatur. Prouisione: ne forte in proximo ad sterilitatem possit redigi. Quidā em̄ emptores male estimant agrum regni celestis minus exhibentes q̄ valeat. Vnde dicitur ad Cayn. Nonne si recte offeras male aūt diuidas: peccasti. Scd̄m aliam translatōem est hec littera Gene. iiij. Recte em̄ obtulit qui creaturā creatori obtulit. Sed male diuisit qui meliora ꝯcupiscētie. peiora aūt deo diuisit. Hinc est qd̄ dicitur Malach. primo. Maledictus dolosus qui habet in suo grege masculū. & votū faciens immolat deo debile. Hic tangūtur illi qui operibus de genere bonorū mercari volūt beatitudinē eternoꝝ. cum in peccatis remaneāt cōstat q̄ nō bene estimant. Propterea male estimauit Symon & Iezi & Iazon: quoꝝ primus impreciabile gratie posuit sub precio Secūdus aūt impreciabile virtutis. Tercius impreciabile potestatis & dignitatis sp̄ualis. Symon em̄ gratiā accipiendi & dandi sp̄ūmsanctū emere conatus est. sed nō emit. sed pecunia sua secū erat in ꝑditōem. Actuū. viij. Iezi aūt virtutem sanantē3 leprā peccati vendere conatus est. & pecuniā quidē adeptus est sed leprā Naaman adhesit ei. quarti. Reg. v. Hec etiā est putredo peccati. & significat eos qui iustificāt impium ꝓ muneribꝰ & iusticiam iusti auferūt ab eo. sc3 in iudicijs animarū. Isaie. v. Et illi quidē heu pecuniā ꝯsequūtur. sed peccatū etiam erit sup eos. Iazon aūt emit summū sacerdotiū. secundo Macha. iiij. in quo est potestas & dignitas sp̄ualis. Vnde etiā merito iniquitatis eius dicit Augꝰ. q̄ extinctus est igne sacrificiorū qui usq3 ad eum viuus ꝑmanserat. Et significat eos qui potestatē & ordinē sp̄ualiū prece & precio cōsequūtur. ꝑ quos euidens ignis deuotōis in sacrificiū laudis dn̄i in ecclesia extinctus dinoscit.

R Secūdo ꝯsiderādꝰ est ager discretōe: sicut em̄ quidā male estimant. ita etiā quidam de agro nimis cupidi indiscretum exhibent preciū. non attendentes iustum esse eum qui vendit. et nō exigentem a nobis preciū vltra ualorem. quinimo etia3 si citra ualorem quātitas preciūq3 inuenitur: infirmitati nostre ꝯdescendit. Sunt ergo qui discrete: & sunt qui indiscrete ꝯsiderant agrum. Discrete ꝯsiderant qui sua dant nihil eorū ad voluptatem sed ad necessitatē sibi aliqd relinquentes. sua sc3 dant nullū eoꝝ scd̄m carnē. sed oēs in xp̄o & ꝓpter xp̄m diligentes seipsos dant totos se ad interitū peccati & ꝯcupiscentie. sed nō

nature offerentes. huius rei gratia vltimo Iohā. tribus vicibus querit a Petro dominus. Symon Iohannis diligis me plus his Et iterū tercio repetit eūdem sermonem. Hinc est q̄d dicit Deuterono. vi. Diliges dominū deum tuū ex toto corde tuo plus q̄ amicos qui tecum habent cor vnū. & ex tota anima tua. id est animalitate. hoc est plus q̄ ea que propter animalitatem data sunt. hoc est possessio tua: & ex omibus viribus tuis. hoc est plus q̄ te. ut in viribus proprijs nihil contra deum agas. Aliq autem sunt qui retinent de precio agri sibi aliquid in se. & in amicis. & bonis. & illi significantur per Ananiam & Saphiraz qui propter furtū precij agri mortui ad pedes Petri ceciderunt sicut habetur Actuū. v.

S Alij autem sunt indiscrete etiam hoc in precium proijcientes q̄d sibi licite in se & suis cūctis bonis huius mūdi dominus relinquit: indiscrete occidentes seipsos. sicut fecit Iepthe. Iudicum. xi. qui debuit immolare animal. hoc est vitam animalem. & occidit propriam filiam. id est naturam suam. De hoc habetur Cantico. primo. Adolescētule dilexerūt te nimis. Adolescentule sunt anime feruore nouitio nimis estuātes agrum. & suam naturam etiam ꝓ emptione ipsius occidentes

T Tercio debet considerari prouide ne forte redigatur in solitudinem. sicut etiam dicit apl'us ad Hebre. vi. Terra em̄ sepe venientem super se bibens imbrem & germinans herbam oportunam illis a quibus colitur recipit benedictōnem a deo Proferens autē spinas ac tribulos reproba est & maledicto ꝓxima. cuius finis in combustionem. prouidentia autē hec sic prudenter mensurans & considerans agrum etiā precipue premeditatio operis exercendi circa agrū virtutis qua possit agricola agrum illum ad germen bonorum operū exercere. opus em̄ debet esse continuū & multum. Sicut dicitur Prouer. xiiij. Vbi apparent plurime segetes; ibi manifesta est fortitudo bouis. & Isaie. xxxij. Beati qui seminatis super omnes aquas: immittentes pedem bouis & asini. omnes aque sunt lachryme ꝓ peccatis nostris. pro alienis. pro incolatu miserie. pro compassione passionis christi. pro ignorantia faciendorum. pro tarditate proficiendi. pro velocitate deficiendi. & super omnes istas seminat qui bona opera in singulis ad frugem iusticie multiplicat. Pedem autem bouis ad iugum immittit qui maturitatem vite generat in opere. Similiter autem immittit pedem asini qui stultus fit huic mūdo vt sapiens sit coram Iesu christo. g

Simplex est in malo & sapiens in bono. scdm apostolu3 prima ad Corinti.iij. Sicut fuit Iob simplex & rectus ac timens deum & recedens ab omni malo. Iob primo. qui recessit ad modum asini qui declinat loca periculorum in quibus quandoq3 fuit. Similiter virtutem sua3 debet premeditari ne vltra vires opus assumat. Cogitare eñ debet q nemo mittens manus suas ad aratrum: & respiciens retro: aptus est regno dei. Lu.ix.

V Sequitur tercio qualiter ager iste sit emendus. & vnicuiq3 agro speciale precium assignemus. Emitur igitur ager actionis precio simplicis obedientie. Ager autem contemplationis precio puritatis & mundicie cordis. Ager vero scripture precio studij & meditationis. Ager vero mundi siue nostre nature: precio discipline. Ager autem redemptionis: precio gratiarumactionis. Ager autē cordis desiderij celestis: emitur precio deuotionis.

[C]āuū occidit Geñ. iiij. Et notabile est φ inuidit fratri non alia de causa nisi quia melior eo: & deo acceptior fuit frater φ ipse & ita faciūt inuidi semper φtum in se est occidūt fratrem. nō eīn psequūtur inimicū: sed fraternū bonū extinguere querunt. & nihil aliud psequūtur nisi bonū qd dedit deus homini. per qd videtur deus diligere illū cui dedit. hec occidit deū. Dicit eīn Math. xxvij. Quia sciebat Pilatus φ p inuidiam tradidissent eum. huius vicij ppria ɔdemnatio est tremor capitis. quia inuidus tremula mente omne bonū intuetur. Hoc vitiū etiā mouit fortissimū certamen primo homini in paradiso vnde etiā eiecit eum. qa dicitur Sapieñ. ij. Inuidia dyaboli mors introiuit in orbem terrarū. Imitāt aūt illum qui sunt ex parte illius.

I Tertiū certamen est forte multum. & est certamen ire. qa vt dicitur Iacobi primo. Ira viri iusticiam dei non operatur. & hoc certamen significatū est p certamen qd omni tpe fuit inter Saul & Dauid. qa legit pmo Reg. xviij. & xix. Spūs dñi recessit a Saul; & exagitauit eum spūs nequā a domino. & nitebatur lancea confodere Dauid. Spūs domini est spūs mansuetudinis. sicut ipse dicit Mathei. xi. Discite a me quia mitis sū & humilis corde: Spūs autē malus & nequam est spūs ire qui exagitauit Saul: & exagitat iracūdos. quia ad litteram ex feruore sanguinis circa cor: & ex aspiratione fellis ad superiora. & ex protensione & multiplicatione spirituū in superiori parte corporis incipit corpus tremere. labia habere motum inordinatum. & oculi voluuntur & rubescunt. nares ampliantur: quemdamodū in Prouerbijs dicitur. φ iracūdus spiritum habet in naribus. lingua balbutit improperia. & hoc dicitur exagitatio spiritus mali quo exagitat iracūdus a domino. Vñ etiam dicitur de Saul φ stetit in medio domus sue & prophetauit. qd nihil aliud est φ promissio qua promittit & machinatur sibi iratus vindictas assidue. sicut fecit Saul: qui mō p lanceam: modo per philisteos. modo per illos de ceila. modo per zipheos sibi promisit vindictam. Lancea autem qua nititur confodere Dauid. est dira ira. sicut dicitur Sapieñ. v. Acuet diram iram in lanceam

K Quartū certamen est forte valde. & ipsum est certamen accidie. & hoc est significatum in certamine Mardochei & Haman. Vidit eīn Mardocheus somniū φ certarent duo maximi dracones. vnus pro gente sanctorū. & alius cōtra eos. Hester. x.

Draco maximus est amor mūdi. qui facit homines accidio-
sos. Draco alius sine veneno: est alacritas & libertas spūs in ser-
uiendo deo. vnde etiā Mardocheus ꝓpter hoc patiebat᷑. quia
honorem dei sui ad creaturā voluit transferre. ita spūales viri
ꝓpter hoc patiūtur a mūdo. quia honorē & amorem quē deo
debent: mūdo volūt attribuere. Et ideo etiā dicitur Hester. xi.
Sol ortus est & humiles exaltati sunt & deuorauerunt inclitos.
Quādo em̄ oritur in corde lumen cognitōis eternorū: tūc qui
ante habebat spiritū directū & humilem exaltatur & deuorat
alacritate quadam & vehemētia spūs festināris in laudem dei
inclitos. id est eos quos ante reputauit inclitos. hoc est omneȝ
ornatum mundi & amorem quem habuit in suspirijs cordis.
Hic est etiam demon qui certauit cum domino in deserto mo-
uendo questiones de austeritate ieiunij: & sanctitate vite: & ap-
petitu glorie. Math. iiij. De austeritate ieiunij quādo dixit. Si fi-
lius dei es dic vt lapides isti panes fiant. De sanctitate vana: cū
dixit. si filius dei es mitte te deorsum. De appetitu glorie cum
dixit. hec om̄ia tibi dabo si cadens adoraueris me. Tales em̄ q̄-
stiones accidia adhuc mouet in deserto penitentie dn̄o in cor-
de spūalium viroꝝ. volūt em̄ quandoq; experiri vtrū deus sit
in eis p expetitōem signi. & hoc fit quādo languēt circa longā
expectatōem promissorū dei: volentes experiri certitudinem
eius p signū vtrū sint filij dei: quādo etiā incipiunt tedio affici
cum rigore religionis cupientes vt lapides. i. duricie penitētie
in panes tpalis ꝯsolatōis ꝯuertantur. quādo etiā paupertatem
& mūdi abiectōem abhorrere incipiūt cupientes aliquā exal-
tatōem in pompis sathane. Hoc etiā desideriū pessimū exptus
est populus israel. Nume. xi. quādo flagrauit populus deside-
rio carniū sedens & flens & dicens. quis dabit nobis ad vescē-
dum carnes. recordamur piscium quos comedebamus in egy
pto gratis. in mentē nobis veniūt cucumeres & pepones por-
riq; & cepe & allia. Anima nostra arida est. nihil aliud respiciūt
oculi nostri nisi manna. Ploratus ad carnes est desideriū ad car
nales delectatōes in corde accidiosi. Cucumeres autem & pe-
pones sunt cōcupita refrigeria mūdi. Porri aūt & cepe & allia
est desideriū ad labores amaros huius seculi. qđ etiā excitat ac
cidia. Anima etiam nostra: hoc est animalitas arida est tedio &
tristicia circa diuina. Oculi aūt cupiētes laudē in mūdi vanita
tibus etiā afficiūtur mesticia. eo ꝙ nō vident in religione nisi
manna. id est signa gratie & maturitatis

L Quintū certamen forte est certamen auaricie. & hoc est certamen Absolon qđ habuit ɔtra patrem suū Dauid. sicut legitur secūdo Reg: xvi. Vnde sex facta legūtur de Absolon que mirabiliter competūt auaris. Vnū est ꝙ interfecit fratrem suū. Secūdum ꝙ eiecit patrem suū de hereditate. Terciū ꝙ dolose attraxit sibi populum osculans eos in porta. & laudās causas eorum. & detrahens regi. eo ꝙ non iudicaret eis. Quartum est ꝙ fedauit vxores patris sui dormiens cum ipsis in solario domus patris sui. Quintum est ꝙ suspēsus est per capillos. Sextū et vltimū est. ꝙ fecit sibi fornicem triumphalem & memorialem. eo ꝙ non haberet filium in hereditatem sibi succedentem. Primū significat crudelitatem auari in fratres qui sunt proximi. quia illos interficit extrahendo vitam eorum. sicut dicitur Isa. iij. Rapina pauperis est in domo vestra. Secūdum aūt quia etiam auarus nititur eijcere patrez de hereditate. vult solus habitare in terra. contra hoc qđ dicitur Isa. v. Ve vobis qui ɔiungitis domū ad domū & agrum agro copulatis. nūquid habitabitis uos soli in medio terre. Tercium est. ꝙ etiam fraudulenta quedā oscula exhibent vt decipiant & opprimant sibi attractos. quia etiamsi ad tempus dent libertatem. tamen tandem nihil querunt nisi pecuniam & deceptionem apud allectos. Quartum iterum competit. quia vxores patris sui decem scʒ. fedāt. Pater eñ noster deus est. & vxor: ex qua genuit filios meritorum: fuit obedientia mandatoꝝ. Et sunt vxores decē mandata decalogi: que continue transgreditur auarus. sicut dicit Sapieñ. xv. ꝙ auari etiam ydola inuenerūt. quia estimauerūt lusum esse vitam nostrā & ɔuersatōem vite compositā ad lucrum. & oportere vndecūqʒ etiam ex malo acquirere. Hinc est qđ dicit apl'us ad Colos. iij. ꝙ auaricia est simulacrorū seruitus. & de quibusdam ꝙ estimabāt questū esse pietatem. Quintum etiā est ꝙ capillis suspensus est. & capilli in capite sunt affluentie diuitiarū circūdantiū auarum quibus suspenditur ne viuat. quia impediūt eum diuitie ne ad vitam eternā pueniat. sicut dicit dn̄s in euāgelio Luce. xviij. ꝙ difficile qui pecunias habēt in regnū celoꝝ intrabūt. Vñ dicit apl's prima ad Thim. vltio. Qui uolūt diuites fieri incidūt in tentationē & in laqueum dyaboli. Verū est in laqueū in quo suspensus est iudas traditor & ꝓditor dn̄i ꝓ pecunia. Et in laqueū in quo suspēsus est Absolon. qa multitudo pilose supfluitatis: hoc ē diuitiaꝝ strāgulat eos laqueo mortis eterne. Sextum etiaʒ competit auaris.

quia cum vident q̄ secū nihil afferunt: toto corde desiderāt ut magnū aceruū quasi titulū preconialē pecunie & hereditatis post se relinquāt. cōtra hoc qd̄ dicit̄ in ps. Cum multiplicata fuerit gloria domus diuitis qm̄ cū interierit nō sumet omnia, id est nihil de oibus. neq̄ etiam descēdet cum eo gloria eius. & Iob. xxvij. Diues cū dormierit nihil secū afferet

M Sextū certamen fortissimū mouet carnale viciu3 gule. et illud est inimicū crucis christi. sicut dicit apl's ad Philippen. iij. Nunc flens dico inimicos crucis christi. quoꝝ finis interit⁹ quoꝝ deus uenter est. & hoc est certamē Dauid & Goliat philistei pri. Re. xvij. ca. Et hoc haberi potest ex tribus. sc3 ex interp̄tatione nominū. quia Goliat interp̄tat̄ trāsmigrans. qa omne qd̄ in os uadit. in uentrē uadit & in secessum emittit̄. & corpus etiā ꝯtinue trāsmigrat & nunq̄ in eodē statu p̄manet. Philisteus aūt interpretatur potione cadens. & ita gulosus quāto plus cibo & potu se ingurgitat: tanto magis cadit & corrūpit̄ malis humoribus in corpore. Secundū in quo p̄cipit̄ etiam in magnitudine Golie quia fuit gigas. Gigas aūt dicitur a geon grece qd̄ latine sonat terra. quia multū hab3 de terrestri corpore. & ita gulosi pingui ceruice & aruina de lateribus pendente corpus terrestre multiplicāt. Terciū in quo p̄cipit̄ est mod⁹ interfectionis ipsius. vn̄ primi Regū. xvij. Elegit Dauid pastoralē baculū. q significat vite regimē in pascuis. & perā. que significat refectionē ad viā. nō ad quietē ꝯcupiscētie. & quinq̄ limpidissimos lapides de torrēte. Torrens aūt est tribulatio & angustia huius vite. Lapides limpidi sunt quinq̄ virtutes parsimonie. quibus castrimargia interficit̄. Prima est diu ieiunare usq3 ad horam debitā & usq̄ ad uentris rugitū. & nō p̄uenire famē Secūda ē sufficere sibi in cibis pauperū ut in legumine et olusculo & pane siligineo uel certe ordeaceo Tercia est parū comedere. & de hocipso etiā nō usq̄ ad sacietatē se replere. Quarta est etiam in magna fame statuere cultru3 in gutture. ut non effundat se aīa sup̄ omnē cibum. sed cū maturitate & decentia tractim comedat. Quinta est ut nullu3 studiū ponat in p̄paratiōe cibi. nō curās utru3 elixa meliora sint. an frixa sint. aut cocta simpl'r comedēda. his em̄ īterficit̄ gula. Et sunt iste virtutes ꝯtra quinq̄ vicia gule. que ponit Grego. & ꝯtinent̄ in hoc uersu. Prepropere laute nimis ardēter studiose. Prepropere em̄ filij israel carnes ꝯcupierūt anteq̄ carnes comedendi t'ps uenisset. Et ideo mortui sunt in sepulchris ꝯcupiscentie Numeri. xi. c.

Studiose aūt filij hely carnes sacrificioꝝ uoluerunt sibi parari
aliter q̄ȝ consuetū esset. & ideo mortui sunt in bello philistino⸗
rum. sicut habet̄ pri. Regū. iiij. Nimis etiā comedere vituperat̄
in deo babilonioꝝ. qui aliter diuinitatē dei sui nō ꝑcipere sci⸗
uerūt. nisi quia multa comedit & bibit quottidie. sicut habet̄
Daniel̄. xiiij. Ita quidā sunt qui qn̄ singulis diebus nō multa
comedūt & bibunt. statim ꝯquerunt̄ tanq̄ȝ diuinitatē & omni
potentiā stomachi sui & uentris illa die nō ꝑceperunt. Arden⸗
ter etiā Esau lenticulā petijt & uorauit. & ideo tanq̄ȝ ꝓphanus
propter vnā escam primogenita uendēs: amisit. sicut legitur
Gen. xxv. Laute aūt epulari reprehendit̄ a dn̄o in diuite pur⸗
purato. & ideo in inferno sepultus petit specialiter lingue re⸗
frigeriū. quia in illa plus ardebat. Hec etiā est certatio quā mo
uit Nabuchodonosor cōtra hierusalem. & ideo etiaȝ principi
coquoꝝ. ut dicit Gregorius. mandauit ut incenderet eā Prin⸗
ceps coquorum est gula.

N Septimū bellū est quod facit luxuria. forte quidē est ip
sum ualde. sed fortior mulier fortis. Intantuȝ em̄ forte est illud
ut zorobabel sapientior inter tres iuuenes custodientes caput
Assueri regis siue artaxersis: ꝓnunciet ipsam mulierē omnibꝰ
fortiorē. excepta ueritate. que quippe palmis cedebat regeȝ de
sinistra manu. & nō irascebat̄. & coronā deposuit de capite re⸗
gis. & sibi imposuit. sicut legit̄ in secūdo Esdre. iiij. Silr̄ ibideȝ
dicit̄ ꝙ hominē magis allicit mulier q̄ȝ aurum. & furta facit &
homicidia. & mare nauigat & multa alia q̄ ibi enumerant̄ ꝓ⸗
pter mulieres. Similiter Sampson fortissimus benedictus ex
matris utero: corruit & excecatus est ꝓpter mulieres. ut legit̄
Iudith. xvi. Salomō etiā sapiētissimus & fortissimus regum ꝑ
mulieres corruit. ut legit̄ Ecc̄i. xlvij. Inclinasti femora tua mu⸗
lieribus. potestatē habuisti in corꝑe tuo. ut scȝ corpore exple⸗
res libidinē quā posses. & ideo dedisti maculam in gloria tua.
Hoc ē bellū quod pugnauit fortissima mulier & exemplū ca
stitatis & speculū. Iudith cū Holoferne. amputans caput suuȝ
et ꝯfusionē inducens in domū Nabuchodonosor regis. ut le
gitur Iudith. xiiij. Amputauit caput aūt gladio ipsius Holo⸗
fernis. hoc est amore. sed ꝯuersa. quia que prius amorē habuit
turpem: postea habuit pulcruȝ & decorū ad modū marię mag
dalene. que amauit turpiter & postea conuertit amoris gla⸗
diuȝ. & amputauit caput libidinis. & ideo meruit audire a do
mino. quia dimissa sunt ei peccata multa, quoniā dilexit mul

tum Luce. vij. Hoc certamine beatissima virgo & mater dei caput draconis cōtriuit penitus Hoc etiā bello Delbora pphetādo. & Iahel uxor cinei occidendo perimerunt sysarā propinādo ei frigidū potum lactis ut obdormiret. id est subtrahendo fomenta libidinis. & malleo castitatis clauū mūdicie cordis & corporis p tempus eius. i. vigorē libidinis pcusserūt. ita ut ante pedes eius uolueret mortuus Iudicū. iiij.

O Octauū aūt bellum fortissimū extra modū quod mouet inanis gloria. nec est idem inanis gloria quod supbia. Supbia em̄ querit excellentiā dignitatis. Sed inanis gloria uanitatem laudis in quibuscunq; spūalibus uel corporalibus studijs Et hoc est bellū quod quotidie mouet mulier mecha cōtra Ioseph in egipto. ut legit Geñ. xxxix. que quotidie dixit ei dormi mecum. & sic molesta erat adolescenti. & ille recusabat stuprum dicens. Ecce dominus meus oībus mihi traditis ignorat quid habeat in domo sua. nec quicq̄ ē quod nō sit in mea potestate uel non tradiderit mihi. pter te que uxor eius es. quomodo ergo possum hoc malū facere & peccare in dn̄m meuȝ. Ioseph accrescens interpretat. & significat eos qui sunt in profectu laudabiliū operum. Vxor autem domini Ioseph est gloria. que soli deo reponenda est & custodienda. ut dicunt angeli. gloria in altissimis deo. & in terra pax hominibꝰ bone uolūtatis Luce. ij. Sicut em̄ dicit pria Chorꝶ. xi. Vxor gloria viri est Et Isaie. xlij. Gloriam meā alteri non dabo. hec impetit crescentem in laudabilibus operibus. precipue q̄diu iuuenis est. & viget adhuc in eo impetus lasciuie. quia immaturos homines sepe certamen huius vicij attentat & quotidie. quia in singulis profectibus gratie & bonorꝶ operum uolens q̄ in secreto cordis & intentionis sue secum dormiat. hoc est in appetitu laudis requiescat. ut hoc videlicet pro uana gloria faciat. quod p domino solo fieri debet. Sed ille recusat stuprum quando cōtinue pulueren uane laudis abijcit. & excutit a pedibus. scd̄m q̄ dominus dicit apostolis Luce. ix. ca. Sed notanda sunt uerba que allegat Ioseph. quando abijcit gloriā. Et inquit dominus meus. hoc est christus deus & dominus meus. oībus mihi traditis. que ad salutem. & bonam operatōem. & nature sustētationē. & ad redemptionē meam sufficiunt. Ignorat em̄ id est ad modū ignorantis se habet. quid habeat in domo sua id est in corde meo. mihi plene dispensationem & possessionem omnis gratie cōmittit. preter te scȝ gloriā que pprie sibi generata

et reposita est. Solus em̄ habet gloriaz. in cuius gloria nihil est vnũ. quia oĩa fecit. & oĩa in oĩbus operaẗ. Ego aũt qui pul uis sum. et si quid habeo: hoc ip̄m mutuo accepi. Etiã securis q̄ succido ligna edificij mutuo accepta est. i. acumen ingenij quo ꝑcipio qualiter sp̄ualia edificia aptẽ. supflua mihi a deo credi- ta est. quomodo ergo gloriabor quasi nõ acceperim. & pecca- bo in dn̄m ois boni auctorẽ. Oĩe quippe. ut dicit Iaco. prĩo datum optimũ. & omne donũ perfectũ. desursum est descen- dens a patre luminũ. apud quẽ nõ est trãsmutatio. nec vicissi- tudinis obũbratio. Flumina ergo gratiaꝝ reuertunẗ p gloriaz in mare. hoc est in deũ fontem oĩs boni ut iterũ fluant. non attribuo mihi gloriã de hoc quod aliũde accepi. sufficit mihi hoc ꝙ ad usum mihi largitus est. nõ rapinã arbitror me eẽ eq- lẽ deo ut sim gl̄iosus. ut ipse dicit ap̄ls pri. ad Thio. pri. Regi se culoꝝ soli deo honor & gloria in secula seculoꝝ amen

P Nonũ certamen forte admodũ mouet scisma. nitiẗ aũt scindere tunicã inconsutilẽ charitatis. excedens in hoc peccatũ crucifixoꝝ christi. sic em̄ dixerũt. nõ scindam⁹ eã. ſ3 sortiamur de ea cuius sit. Iohan. xix. ut impleret quod scriptuz est in psal mo. Diuiserũt sibi uestimenta mea. & sup uestem meã miserũt sortem. Tunica incõsutilis est autoritas clauiũ. & vnitas cha- ritatis christi. Crucifixores aũt sp̄uales christi sunt apti peccato res. qui tamen manẽt in obedientia clauiũ. & fide informi nu- merant in ecc̄ia. De quib⁹ dicit ap̄ls Hebre. vi. ca. Rursus sibi metipsis crucifigẽtes filium dei & ostentui habentes. Istoꝝ pec catum nõ adeo crescit ut scindãt potestatẽ clauiuz & vnitatem charitatis. qua nectiẗ totum corpus christi mysticũ. q̄d est eccle sia. sed bene ꝯuertunt in questũ. & sortiunẗ diuidendo inter se questũ cuius sit. sed peccatũ scismaticoꝝ scindit eam. quia illi obedientiã clauiuz contẽnunt. & lacerant charitatis vnitatem dentibus detractionis. Hoc certamẽ est quod certauit michael archangelus cum sathana in aere cum altercarenẗ simul demõ nes de corpe Moysi. sicut legiẗ in ep̄la Iude. Moyses em̄ signifi cat christũ. corpus eius est corpus mysticũ. quod est ecc̄ia. hoc sathan vult lacerare. vñ etiam sub zorobabel & Iesu sacerdote magno cũ liberari deberet corpus Moysi. hoc est iudeoꝝ po- pulus: apparuit sathan ut aduersareẗ illis. sicut legiẗ zacha. iij. Dicit em̄ sicut ostẽdit mihi dñs sacerdotẽ magnũ Iesum stantẽ coram angelo dñi. & sathan stabat a dextris eius ut aduersareẗ ei. Et dixit dñs ad sathan. Increpet dñs in te sathan. & increpet

dominus in te qui elegit hierusalē. Iesus est noster magnus sacerdos scdm ordinē Melchisedech: qui cōmisit potestatē clauiū potestatis in edificatōem & nō in destructōem. Sathan aūt a dextris est scismaticus in psperitate tpali. qui non cessat aduersari nisi increpet dūs in eum cōfundendo eum. qa dūs elegit hierusalē; hoc est visionem pacis. cū ille odiat pacem. Et hoc est qd diximus de scismaticis in tota ecclesia. Tenet etiā de scismaticis in cōuentibus clericorū vel laycorū. de quibus etiam est vox que rulosa cōturbatorū. Filij matris mee pugnauerūt cōtra me Canticorum primo. Et illud ps. Cum his qui oderūt pacē eram pacificus: cū loquebar illis impugnabant me gratis. Itē pro eo vt me diligerent detrahebant mihi. Itē Si inimicus meus maledixisset mihi abscondissem me forsitan ab eo. Tu vero hō vnanimis dux meus & notus meus: Qui simul mecū dulces capiebas cibos. scz verbi dei: ambulauimus. hoc est ambulare debuimus. cum consensu.

Q Decimum certamen est qd mouet infidelitas & heresis durū pre oībus. sup dictis. qa hec est iniqtas maxima: & negotiatio cōtra deū altissimū. & hoc significatur p certamen Moysi cōtra Yānes & Mābres: coram Pharaone rege egypti in duriciam cordis egiptiorum & in liberatōem filiorum israel. Exod. vij. Virga em̄ Moysi autoritatē fidei significat. ex qua fit draco scdm veritatē cōsumens alios dracones. hoc est sententia excōicatōis in veritate ligans & tradens sathane. Sed etiā magi volūt facere similitudinem Moysi. sed deficiūt in tercio signo. quia heretici sunt simia ecclesie. sed deficiūt in gratia spūssancti. eo q in sacramentis eorum gratia spūssancti nō cōfertur: qcūquis caracter imprimatur. dūmodo forma ecclesie seruetur. quia sicut dicitur Sapien. primo. Spūssanctus discipline effugiet fictum. Hec est bestia in Apoca. xvi. De cuius ore exiuerūt tres spūs immūdi in modū ranarū. Et primus spūs est blasphemia eterne veritatis in fide. Secūdus est blasphemia dei. eo q falsa sibi attribuūt Tercius spūs est blasphemia potestatis dei operātis in sacramētis quam etiā heretici abijciūt. In hoc bello etiam sunt omēs symoniaci & yezite: qui spiritūsanctū in donis suis ad hāc vilitatem ptrahere nitūtur vt temperali pcio vendi possit aut emi. Hoc etiā bellum mouebit antichristus cōtra christū. quia iam heretici sunt nūcij antichristi. sicut dicit prima Iohan. iiij. Omnis spūs qui soluit iesum ex deo nō est. & hic est antichristus de quo audistis. qa veniet & venit iam in mundo est. Spūs est hic

inspiratio demonis inspirans hereticos ad loquendum falsa Soluit aūt Iesum in sacramentis & fide. hoc est dissoluit & corrumpit quo ad officiū. qa officiuȝ gerit antichristi qui veniet psonaliter in futuro. sed venit iam etiam in membris & nūcijs suis. hic est spūs mendax in ore omniū pphetarū Achab ad decipiendū eum. sicut habetur. iij. Reg. vltio. quia eñ popul⁹ nō credit veritati: iustum est vt mittatur eis spūs erroris & heresis vt credant mendacio

R Sequitur de tercio. scilȝ qualiter manū mittit ad fortia. Enumerati sunt aūt quattuor modi quibus mittit manuȝ ad fortia. Primo scȝ orādo deū ut iuuet ad victoriā Secūdo sollerter pcutiendo & subtiliter hostē. Tercio caute euitando plagas illatas ab hoste. Quarto assidue ꝯfortando & roborando manū ne deficiat in prelio De primo scȝ orōne dicit̄ in psal. Eleuatio manuū meaꝝ sacrificiū vespertinū. & in prima ad Thī. ij. Volo viros orare in oīni loco leuātes puras manus sine ira & disceptatōe. & Exo. xvij. quādo Moyses eleuabat manus in monte vincebat israel. quādo aūt declinabat superabat Amalech. & significat ꝙ quādo aliquis in monte sanctitatis eleuat manus in orōne ad deū tūc vincit. quādo aūt declinat p desidiam tūc incipit vincere dyabolus

S De secūdo scȝ mō missionis manus ad fortia p sollertiā pcutiendi hostē: considerandū est que sit virtus que dicitur sollercia pugnandi spūaliter & vulnerandi hostem. Est aūt virtus illa sollicita ꝯsideratio tentationū hostis in quibus magis tentare ꝯsueuit vt illi maxime obuietur qd̄ maxime nobis & ꝯtinue ingerit. vn̄ Iob. xxix. Gloria mea semp innouabitur. & arcus meus in manu mea instaurabit̄. Gloria est de victoria crebra qn̄ debilis redditur hostis. Arcus aūt in manu est sollercia sagittandi hostem qui semp instauratur qn̄ ꝯfundit ꝯtinue & debilitat tentatorem. Ista manus dicitur manus obstetricans. quia quasi p modum obstetricis sollicite curat excludere serpentis morsum & serpentem a corde. sicut dicit̄ Iob. xxvi. Spiritus dn̄i ornauit celos. hoc est sanctos virtutibus fecit micare & obstetricante manu eius eductus est coluber tortuosus

T Tercia immissio est manus quādo caute scit tentatōnis occasiones euadere: & vulnera suscepta sapienter sanare ꝙ non putrescāt. Occasiones aūt tentatōis euadit qui euitat malas societates. & mala spectacula: & ludos: & colloquia turpia & ocium. sicut dicitur prima ad Corin̄. xv. Corrūpūt bonos mores

colloquia praua. Et prima ad Thimo.iiij. Ineptas & aniles fabulas deuita: & ad Loth Geñ.xix. Dictum est ꝙ exiret a zodomis: & nō staret in omni circa regione. sed in monte se saluū faceret. Sodoma sunt peccata mortalia. Circa regio est multitudo venialiū p que etiā necesse est trāsire hanc vitaꝫ: nō tñ in eis debemus stare. sed per orōnem quotidianā & elemosinā exire & confessionē generalem: & saluare nos debemus in monte altitudinis virtutū. Spectare etiā nō debemus peccatores ardentes in sulfure. hoc est in fetore luxurie. quia multi ex hoc ceciderūt ꝙ luxuriā & luxuriosos cōtēplati sunt. vñ dicit Gene.xix. ꝙ vxor Loth respiciens retro p rememorationem delectatōis ꝯuersa est in statuaꝫ salis .i. in duriciam cordis vt remaneret in peccatis. ita tñ ꝙ esset exemplū alijs ne silia faciāt. alioquin similia patiātur. & ita sale sapiētie ꝑdit aliquos. quia felix queꝫ faciūt aliena pericula cautum

V De quarto mō qui est assidue confortare manuꝫ vt nō amittat vigorem pugnādi. De hoc habet ad Hebre.xij. Remissas manus & genua soluta erigite. & gressus rectos facite pedibus vestris. vt nō claudicās quis erret. magis aūt sanetur: & ibidem in principio capituli. deponētes omne pondus & circūstans nos peccatū curramus ad ꝓpositū nobis certamen aspicientes in autorē fidei & ꝯsummatorem iesum. qui ꝓposito sibi gaudio sustinuit crucem ꝯfusione ꝯtempta. atq; in dextera sedis dei sedet. Recogitate em̄ eū qui taleꝫ sustinuit a peccatoribus aduersus semetipsum ꝯtradictionem vt ne fatigemini animis vestris deficientes

A § Secūdus

Equitur de secunda parte versiculi. sciꝫ ꝙ digiti eius apprehenderunt fusum. In quo notatur assiduitas & vtilitas operis qbꝰ prouidet suis cōtra frigora niuis. de quibus infra loquetur. Sūt aūt tria hic notāda. scꝫ qui & quot digiti fusum capiāt. & quid sit fusum. & qliter apprehendatur. Circa primū notabile est ꝙ mulieres tribus digitis cum nent fusum apprehendunt. hoc est pollice. indice. & medio. ita mulier ista habet pollicem tanquam fortiorem digitum manus. dona scilicet spiritussancti quibus adiuuatur. De hoc enim digito

habetur Exo.viij.Digitus dei est hic.Ibi glosa: hoc est ostensio spūssancti.& ideo cantatur in hymno. Veni creator spūs. dei tu digitus. Et in euange.Luce.xi.Si in digito dei eijcio demonia pfecto puenit in vos regnū dei.hoc est in virtute spūssancti. Secūdus digitus est obedientia mandatorū.& de hoc habet Deutero.ix.Dedit mihi dn̄s duas tabulas lapideas scriptas digito dei.quia obedientia dei scribimus nobis mandata in corde. Tercius digitus est meditatio passionis christi. De hoc habetur Leuit.iiij.q pcepit dn̄s q Aaron intingeret digitum in sanguine & aspergeret species ɔtra velū. Sanguis aūt est passio christi.digitus ɔpassio. Velum est celum qd velat nobis eterna Aspergere vero septies est septem horis diurnis passionis laudem decantare

B Sequitur de fuso.Et quia in biblia nō legitur de fuso nisi hic accipiatur autoritas glose.Dicit em̄ glosa q fusum est sapientia diuina.Hec aūt dicitur fusum.quia ab ipsa pcedit filū in telam vnde uestiātur om̄es sancti.Dicitur aūt fusum sapientia dei.quia circuitu fusi & rotatiōe stuppa torquetur & comatur in filis.Siſr circuitu rōnis sapiētie essentie create & leues in se vt stuppa ɔsolidātur & tornātur in filis ad vestem sanctitatis dei.quia omnes sancti sunt vestes ad ornatum dei pertinentes.De hac autem sapientia exclamat apostolus ad Roma. xi.O altitudo diuitiarū sapientie & scientie dei q̄ incōprehensibilia sunt iudicia eius & inuestigabiles vie eius

C Dicto qui digiti & quid fusum. ɔsequenter videndum est qualiter apprehendatur. Apprehenditur autē tripliciter.scз. legendo :contemplando:meditando.Lectio fusum capit.contemplatio voluit.meditatio filum perfectuз fuso circūuoluit. De lectione habetur prima ad Thimo.iiij.Dum venio attende lectioni.De contemplatione in Aba.ij. Contemplabor vt videam quid dicatur mihi & quid respondeaз ad arguentem me.De meditatione in psal.Meditabor in mandatis tuis que dilexi valde.Sed notandum valde est q mulier hec:que apprehendit fusum & habūdat in lana & lino: etiam non caret colo & vitta qua ligetur linum & lana ad colū.Sed quia de lana & lino iam supra multa diximus.Dicamus nūc quid colus. est aūt rectitudo liberi arbitrij. Vitta vero:q̄ alligat lana & linum est gratia charitatis dei.Vnde Augꝰ.dicit q nihil aliud est charitas q̄.vitta qua ligatur amans ad amatum

A Captm. .xi. § primus

Aph Manū suam aperuit inopi. ⁊ palmas suas extendit ad pauperem.

c Caph que est epygrama huius versiculi inclinatio interp̄tatur. Est aūt duplex inclinatio: vna qua inclinatur sup̄bie fastus. Altera qua inclinatur cordis duricia. Primā facit hūilitas. Alterā ꝯpassio. De prima habet̄ in psal. Dn̄e inclina celos tuos & descēde. tange montes & fumigabūt. hoc est altos & superbos scelestes. quia superbia natione scelestis est Inclina p humilitatem & descende in eis. quia in humilibus habitas & descendis. tange' montes altissimi fastus eoꝝ p ꝯpūctione: & fumigabūt in igne ꝯtritōis fumo penitentie. De altera inclinatōe habetur Iohan. xx. Dū fleret Maria inclinauit se. & ꝓspexit in monumentū. Et vidit duos angelos in albis sedentes: vnū ad caput & vnū ad pedes: vbi positū erat corpus Iesu. Monumentū Iesu sunt pauperes & afflicti in quibus sepultus iacet dominus: quē habent ad ꝯsolatōem huius vite. quia diues recipit bona in vita sua. & Lazarus paup̄ sil'iter mala. Lu. xvi. Et ideo vita pauperis ꝯparata est monumentis mortis nō habens ꝯsolatōem nisi quia iacuit christus in monumēto paupertatis. & defectū oīs ꝯsolatōnis habet pro sudario in quo inuolutus fuit christus. sed etiam habet angeloꝝ frequentiam vnū ad caput confortantem in mente. & vnum ad pedes sustinentem in necessitate huius vite. Sed quid. uenit mulier fortis Maria in amaro mari compassionis: inclinat duriciam cordis & visitat monumentū paupertatis christi quādo subleuat miserias pauperum egenorū flendo super ipsos in affectu pietatis & misericordie. Et sic patet qualiter concordat epygrama cum versu. quia vtraq; pars versus est de compassione in pauperes & misericordia. ita sc; ut inclinatio humilitatis faciat nō despicere pauperes. Sicut dixit Thobi. iiij. Ne auertas faciē tuam ab vllo paupere. & altera inclinatio sc; compassionis faciat impartiri consolationem.

B Sequitur. ꝯsideratio versus. que in duobus cōsistit. scil; quid sit manus aperire inopi. & quid sit palmas extendere ad pauperem. Circa primū notāda sunt tria. sc; que manus. quis inops. qualiter manus ad inopem aperiatur. Man⁹ hic est manus largitatis. cuius perfectio est in digitis quinq;. sc; ꝙ de suo

det ꝙ hilariter det. ꝙ det q̄tuȝ decet. ꝙ sciat cui det. & q̄d sum mū in his est ꝙ sciat propter quem det. De primo habet̄ Luc. xi. Q̄d superest date elemosynā & omnia mūda sunt vobis. In prouerb. iij. ca. Honora dominū deū tuū de tua substātia & de primitijs omniū frugū tuarū da pauperibus. De secūdo dicit apl's. secūda ad Corin. ix. Nemo ex tristicia aut ex necessitate: hilarem em̄ datorem diligit deus. Et ad Hebre. x. Rapinā. i. direptionem in paupes: bonoꝝ vestroruȝ cum gaudio suscepistis cognoscentes vos habere meliorē & pmanentem substantiam De tercio Thob. iiij. Si multū tibi fuerit habūdanter tribue. si exiguū tibi fuerit: etiam exiguū libēter impartiri stude. nō em̄ decet redditus multarū marcaꝝ a deo habere & obulum dare Sicut de Cayn Geñ. iiij. dicit̄. Qui dimidiā partem mūdi in hereditate habuit excussit manipulum obtulit. & ideo reprobatus fuit. Malach. ij. Maledictus qui habet in grege suo masculum & offert domino debile. De quarto. quia nō debet dare histrioni vel mimo vel catillatori. vel peccatori. nisi ut sustentetur natura. sed indigenti debet dare. Sicut dicitur in psal. Dispersit dedit pauperibus: iusticia eius manet in seculum seculi Diuitie aūt nō mansissent in seculū seculi. Iob. xxxi. Si comedi buccellā meam solus. & nō comedit pupillus ex ea: supple male mihi accidat. Ab infantia em̄ creuit mecum miseratio. & de vtero matris mee egressa ē mecum. De quinto scȝ ꝙ propter deum solum sit dandum. Math. vi. Cum facis elemosinam noli tuba canere ante te. sicut hipocrite faciūt in sinagogis & vicis vt honorificentur ab hominibus. Amen dico uobis receperunt mercedem suam. Te autē faciente elemosinam nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua. vt sit elemosina tua in abscōdito: & pater tuus qui videt in abscondito reddet tibi

C Sequitur. quis inops. Inops est sine ope vel sine opibus. In quo notantur duo genera misericordie. scȝ adiutoriuȝ coꝝ qui carent ope: vt pupilli sunt & vidue & orphani & peregrini & aduene. & solatium sustentationis eorum qui carēt opibus. sicut famelici & nudi & huiusmodi. De primo horuȝ habetur in psal. Pupillo tu eris adiutor. Et Treno. vltimo. Pupilli facti sumus absq̧ patre. matres nostre quasi vidue. Sed q̄dam conterunt inopes in porta. Contra quos dicit Iob. xxxi. Si leuaui super pupillum manum meam etiam cum viderem me in porta superiorem. humerus meus a iunctura sua cadat. & brachium meum cum suis ossibus conteratur. Hec em̄ erit

propria pena opprimentium pauperes ꝙ videlicet brachium potestatis eorum cum ossibus roboris conteretur pena eterna quia sicut dicitur Sapien̄.vi. Exiguo conceditur misericordia hoc est pupillo & inopi. Sed potentes potenter tormenta patientur. Humerus autem: in quo sustinetur onus: est nobilitas & diuitie. quia in illis quasi in humeris portant fastum potentie secularis. & sceptrum regni huius mūdi. & tunc cadet a iunctura. quia non valebunt diuitie neqꝫ honores neqꝫ nobilitas neqꝫ dignitates

D De secūdo genere misericordie habetur in multis locis Dicit em̄ dominus in euangelio Luce.xi. Vade & vende omnia que habes & da pauperibus & veni. Ibi patet ꝙ perfectionis vita in elemosynis & paupertate constituitur. Et in Deute. sepe dicitur ꝙ dominus amat pauperem & peregrinuꝫ. & dat ei victū & vestitum. hoc est facit dare. Et in prima cano. Iohan. iiij. Qui habuerit substantiam huius mundi: & viderit fratrem suū necesse habere: & clauserit viscera sua ab eo: quomodo charitas dei manet in eo. Supra plura dicta sunt de hoc

E Consequenter videndum est qualiter manus ista inopi aperiatur. Aperitur aūt p tres virtutes & clauditur p tria vicia

Aperitur per
- Charitatem
- Largitatem
- Misericordiam.

Charitas aperit proximo. largitas homini virtutis. Et misericordia inopi. Charitas aperit propter deū. Largitas propter virtutem. Misericordia autem propter compassionem miserie aliene. sicut dicit sapiens Eccī.iiij. Non sit manus tua ad accipiendum porrecta: & ad dandū cōtracta. De apertione charitatis. dicitur ad Hebre. vltimo. Charitas fraternitatis maneat in vobis. & hospitalitatem nolite obliuisci. per hanc em̄ qdaꝫ placuerūt angelis hospicio receptis. De apertione aūt largitatis habetur primo Paralip. xxix. Domine in simplicitate cordis mei letus obtuli vniuersa hec. & populū tuū qui hic repertus est vidi cum ingenti gaudio. domine ꝯserua in eternū hāc voluntatem. De apertione misericordie habetur in psal. Tota die miserebitur & cōmodat & semen illius in benedictione erit. Charitas em̄ dat ꝑpter quem debet. quia ꝑpter deū queꝫ diligit. Largitas aūt ꝑut debet. quia nō ex tristicia. aut ex necessitate. cum hilarem datorem diligat deus. scd̄a ad Corin̄.ix Sed misericordia dat cui debet. quia necessitatē patienti

F Ex opposito autē sunt tria vicia que claudūt manū. scꝫ cordis duricia. auaricia. & odiū. Odium em̄ prohibet charitatis ꝯmunionem. Auaricia munificentiam largitatis excludit. Duricia vero cordis omnē extinguit ꝯpassionis & miserationis affectum. Odium nihil nisi malum cupit proximi. Auaricia putat persuasum esse vnicuiqꝫ etiam ex malo acquirere & nihil omnino impartiri. Sed duricia cordis crudelitatis virus euomit in pauperes. De odio isto habetur Sapien. ij. Dicitur ibi ad christum etiā in persona proximi. Grauis est nobis etiam ad videndū: qm̄ dissimilis est alijs vita illius: & in veritate sunt vie illius. De auaricia dicit̄ Ecci. x. Auaro nihil est scelestius &c. De auaricia cordis Ecci. iij. Cor durum male habebit in nouissimo. & qui amat periculum in illo peribit. quia scꝫ corde duro se habuit ad deum in suis pauperibus. hoc est suum periculum quod opere amat. quia corde duro iudicabitur a domino

A § Secūdus

Equitur secūda pars versus. scꝫ Et palmas extēdit ad pauperes. Vbi duo notāda sunt. scꝫ que palme. & qualiter ad pauperes extendātur. Palma sicut philosophus est mensura distantie totius manus siue quātitatis integre manus dimensio ab extremo pollicis per uolam vsqꝫ ad finem auricularis digiti. Sunt igitur palme istius mulieris due. scꝫ spiritus habūdantissime pietatis eius. & effectus gratissime consolationis ipsius ita ut tota mensuretur in pietate & tota in consolatione. hoc em̄ sonat nomen palme. scꝫ mensuram totius manus. Si ergo manus est manus largitatis: & palma est mensura manus. due palme mensurantes totam manum sunt spiritus pietatis habundantis. & effectus gratissime consolationis qua consolātur omnes desolatos. spiritus pietatis se totum in affluētia bonitatis effundit. Grata autem ipsius consolatio paupertatem desolatoris dulci quodam affatu & adiutorio muniuit. De primo dicit apostolus prima ad Thimote. quarto. Pietas ad omnia vtilis est. promissionem habens vite que nunc est & future. & hoc spiritu affluebāt antiqui qui hospitibus gratia pietatis & bonitatis obuij venerūt. & nolentes traxerunt & blandicijs verborū allexerūt. vt Abraā Gene. xviij. Cū vidisset em̄ tres viros sedēs in ostio tabernaculi sui. sed ut videret transeū-

tes pauperes & peregrinos quos attraheret. & hoc in ipo feruo re diei qñ solet magna vmbra & refrigeriũ qri. vñ notat̃ ꝙ nec estus retraxerit eũ quin exponeret se soli. sciens ꝙ illo in tẽpore viatores magis ꝯsueuerunt declinare ad manendũ qñ estus so lis retrahit amãdo. & cucurrit ne forte alius attrahens citius ue niret. & adorauit sup terrã ut humilitate vincerent̃ etiã nolen tes manere. Vocat aũt dñm ut ex reuerentia alloquutõis allici at eos. se aũt seruu3 mense debitorẽ ostendat. ne forte cogitent ꝙ indebitum sit illis sibi ministrare. Deinde offert necessaria. et primo refrigeriũ pedis in aqua. quia illi plus laborauerant et ut sudor & puluis simul & lassitudo extrahat̃. Deinde quie tem sub arbore ad recentiã aeris & vmbrã ab estu solis. Dein de cibos in quibꝰ scdm ꝯsuetudinẽ bonoꝝ hospitũ exhibuit parum & dedit multũ & delicata. & ostendens in toto pietatis affectũ ipse currens vitulũ tenerrimu3 & saginatũ attulit cum esset senex. Vxor aũt eius alimenta delicata coxit. Siñter Geñ. xix legitur de Loth ꝙ sedit in foribus ciuitatis uespere ut ad duceret sibi peregrinos: ut ait Hiero. Et cum vidisset accedẽtes angelos in spẽ pegrinoꝝ. adorauit eos cadens in terrã ut vince ret eos reuerẽtia. et dixit ad eos. Domini mei obsecro declina te in domu3 pueri uestri. & manete ibi. lauate pedes uestros. & mane pficissimini in viam uestrã. & cũ negarent ꝯpulit illos oppido. & Geñ. xxiiij. Dixit Laban ad seruũ Abrahe. Ingrede re benedicte domini. cur foris stas. Et in ultimo ca. Lu. Cum ie sus fingeret se longius ire coegerũt illũ Lucas & Cleophas di centes. Mane nobiscũ. quia aduesperascit & inclinata est iã dies

B De effectu autẽ gratissime cõsolationis habet̃. ij. Choꝝ. prio. Benedictus deus & pater domini nostri iesu christi. pater misericordiaꝝ & deus totius ꝯsolationis qui consolatur nos in omĩ tribulatione nostra. ut possimus & ipsi ꝯsolari eos qui in omĩ pressura sunt p exhortatõe3 q̃ exhortamur & ipĩ a deo qm̃ sicut habũdant passiones christi in nobis. ita & p christum habũdat ꝯsolatio nostra. Grata aũt cõsolatio est illa q̃ pauperi primo ꝯpassionis uerba ostẽdit. & nõ improperat. nec ꝯuiciat̃ et postea subleuamẽ pauptatis impartit̃. Ecõtra est ãt ꝯsolatio onerosa. qñ cũ ꝯuitio subleuat afflictõem. & est cõsolatio im pia non cũ spũ pietatis & misericordie. sicut habetur Iob. xvi. Cõsolatores onerosi oẽs uos estis. nunqd habebũt finẽ uerba uentosa. hoc est uerba improperij ex fastu supbie procedentia. Extendere aũt has palmas in pauperes est pietatis & ꝯsolatõis

opera totis viribus in paupes multiplicare. Et quia nos suprā de spēbus elemosyne loquuti sum⁹: uolumus hic loqui de cau sis. ꝑpter quas hec mulier palmas tam ample extendit
C Est aūt sextuplex bonū qđ facit elemosyna oībus faciē bus eā. Vnū est & precipuū ꝙ peccatorē liberat a morte. Secū dū est ꝙ nō sinit hoīem deprimi sub his sup̄ q̄ creatus ē ut dn̄s Terciū ē ꝙ p̄cipue ꝯformat nos pr̄i nr̄o celesti. Quartū ē qa so ciū vite deficientē nobis restituit & sustētat. Quintū ē ꝙ peun cia eterna facit. Sextū est ꝙ centuplū nobis semper recrescit ad meritū simpl̄r erogatū in elemosynā. Redeamus igit̄ ad ꝓban dū vnūqđꝗ ex auctoritate & rōne. Primū est ꝙ purgādo pec catorē liberat a morte. & hoc satis iuste. qa ꝑpter deum suscitat ad vitā morientē inedia. vn̄ Thobie. iiij. Elemosyna ab omni pc̄tō & a morte liberat. & nō patiet̄ aīaꝫ ire in tenebras Isa. lviij frāge esuriēti panē tuū. & egenos uagosꝗ induc in domū tuā. cū videris nudū operi eū &c̄. Et ibidē infra. Cū effuderis esuriē ti aīam tuā. & aīam afflictā repleueris. orieť in tenebris lux tua et tenebre tue erūt sicut meridies. Et requiē dabit tibi dn̄s deus tuus sp. & implebit splēdorib⁹ aīam tuā & ossa tua liberabit
D Secundū est ꝙ nō sinit hoīem deprimi sub his sup̄ q. ut dn̄etur eis. creat⁹ ē Auarus em̄ seruus est pecunie. & tn̄ creatus fuit ut dn̄aretur oībus irrōnabilibus. de quo psal. om̄ia subie cisti sub pedib⁹ eius &c̄. Cuꝫ igit̄ elemosyna extēsis palmis oīa tpalia ꝓjiciat. reuocat hoīem a curuo auaricie in rectitudinem prime libertatis quādo om̄ia fuerunt sub ipso. De hoc habe tur zacharie quinto capitulo. Egressus est angelus qui loque bat̄ in me. & dixit ad me. Leua oculos tuos et vide. qđ est hoc qđ egrediet̄ & dixit quidnā ē. et dixit. hoc ē āphora egrediēs. & dixit. hic ē ocul⁹ eoꝝ in vniuersa terra. Et ecce talētū plūbi por tabat̄ et ecce mulier vna sedēs in medio āphore. et dixit. hec est impietas. et ꝓiecit eā in medio āphore. et misit massaꝫ plūbeā in os ei⁹. et leuaui ocl'os meos et vidi Et ecce due mulieres egre diētes et sp̄us in alis eaꝝ. et habebāt alas quasi alas milui. et le uauerūt amphorā inter celū et terrā. et dixi ad angelū qui loq̄ batur in me. quo iste deferūt amphorā. et dixit ad me. ut edifi cetur em̄ domus in terra sennaar. et stabiliat̄. et ponat̄ ibi super basem suā. Hec visio sic intelligit̄ et moralizat̄. Angelus qui lo quitur ad zachariā. uerbū dei est. qđ est nuncius dei. et dicit̄ an gelus intelligētie. zacharias aūt memorans dominū. uel auxi lium domini interpretat̄. et significat uacantē operibus pieta

ris. et palmas extendētes ad pauperes. qui memorat̄ qualiter dominus misericorditer annuit. & omīa dedit sibi in manꝰ illi ostendit dominus uerbo suo qualiter impietas auaricie dominatur auaris. cū tamē ipsi pecunie deberent dominari. Amphora em̄ significat terrenā nostrā naturam. quia amphora est uas luteū. Mulier āt in amphora. que impietas nominatur. est auaricia. & est impietas in paupes. & hec sedet in amphora. qa in corde terreno quiescit. Massa autē plumbea ponitur in ore amphore super mulierem. quia cor auarum grauissima sollicitudine eris cōprimitur. & suppeditat̄ ab ere. quod erat conculcandū. Et ideo legitur in gestis philosophoꝝ. ꝙ cum Plato ad philosophandū iret athenas. & pōdus auri gestaret in sinu. et cor semp a philosophia recederet. & quasi fugeret ad aurū. Tandem dolens cor in auro nimis occupari. pondus auri proiecit in mare dicēs. Tolerabilius ꝑdit̄ aurū ꝙ̄ animus. & grauiora sunt damna cordis philosophātis ꝙ̄ pecunie ꝑditio. Et subiunxit angelus uerbi dei ꝙ auaricia est oculus auarorū in vniuersa terra. pecunie em̄ obediunt omīa Eccs. x. & oēs q̄ sua sunt q̄runt & non que iesu christi Philippē. ij. Mulieres autem due q̄ habent alas quasi alas milui: sunt due pedisseque auaricie. quaꝝ vna est vndecunq̄ etiā ex malo acquirere. que habet duas alas milui. hoc est rapacitatis. scꝫ apertā rapinā & violentam & subdolā fraudem in circūueniendo Alia pedissequa est cupide tenere. & ꝯseruare acquisitū. Et habet duas alas rapacis auis. scꝫ duriciam cordis in pauperes. & dulcedinē oculoꝝ in contemplatione pecunie He due mulieres tollunt dominā suā auariciā siue impietatem. & portant eam in terrā sennaar. qḋ interpretatur excussio dentium hoc est in infernū. ubi excutientur sibi dentes. quibus comedit & ꝯsumpsit victum pauperū per penas eternas. & ibi edificat̄ ei domus habitationis eterne et stabilitur ꝑ ꝯfirmationē pene & malicie. & ponitur sup basem suam. id est pena ignis eterni fundatur sup culpam. sicut sup fundamentū basis stabilis. vnde patet qualiter comprimitur auarus talento eris. Sed extendens palmas ut deponēs sarcinā deprimentem erigitur in libertatē prime dignitatis. Isaie lviij. c. Dissolue colligatōes impietatis. solue fasciculos deprimentes. Fasciculi impietatum sunt thezauri pecunie. Et sunt etiā fasciculi deprimētes in infernū. & Ecci. xxxi. hec sunt uerba. Post aurū nō abijt. nec sperauit in thezauris pecunie. quis ē hic & laudabimꝰ eū, fecit em̄ mirabilia in vita sua, Optime di-

xit:abijt. quia a prima dignitate sub ea q̄ sub ipso creata sunt.
et quibus dn̄ari deberet recessit. Nihilominꝰ tn̄ laudabilis ē q
etiā si ꝑ pc̄tm̄ auaricie abijt:tn̄ ꝑ penitentiā & extensionem pal
maꝝ in pauperes ad pristinā dignitatem rediuit

E Terciū ē ꝙ patri nostro celesti nos ꝯformat. hic em̄ mise
ricordia sua creauit & pauit & redemit nos & glorificauit nos
vn̄ Lu.vi. Estote misericordes. quia & pater uester celestis mise
ricors est. Et in euāge. dicit̄ de misericordia dei Math.ix. Miseri
cordiā uolo & nō sacrificiū. Misericordia dn̄i ꝙ nō sumus con
sumpti Lu.prio. Per viscera misericordie dei nostri in quibꝰ vi
sitauit nos oriens ex alto.

F Quartū est. quia sociū vite nobis restituit & sustētat. hoc
est fame pauperē moriētē. vn̄ sapiēs. pasce fame morientē. ꝙ si
nō paueris: occidisti. hoc ꝯsiderans zacheus cū salus facta esset
domui sue. Lu.xix. eo ꝙ & ipse filiꝰ esset Abrahe eos q̊s ip̄ieta-
te perimerat suscitauit & alios etiā pauit dicēs. Dn̄e ecce dimi-
diū bonoꝝ meoꝝ do paupeɼibꝰ. Et si quid aliquē defraudaui
reddo q̄druplū supple de residuo. Et uerificatū fuit in ipso qd̄
dixit Iob.xx.c. Diuitias quas deuorauit: euomet. & de uentre
eius extrahet eas deus.

G Quintū ē ꝙ ꝑ eū in se facit eterna. tp̄alia em̄ q̄ corrupti
bilia sunt faciūt manere in eterna beatitudie. vn̄ in euāge. Lu.
xvi. Facite uobis amicos de mām̄ona iniquitatis. ut cū defece-
ritis recipiāt uos in eterna tabernacula. & Math.vi. Thesauriza
te uobis thezaurū in celo. ubi nec erugo nec tinea demolitur &
ubi fures non effodiūt nec furant̄. ubi est thezaurus tuus. ibi est
& cor tuum

H Sextū & vltimū est. ꝙ ꝯuertit̄ in centuplū. sicut bonū se
mē ꝓiectū in terra bona. sicut legit̄ Gen̄.xxvi. ꝙ Isaac semiauit
in Gerara ciuitate palestinoꝝ. & inuenit in ip̄o āno cētuplū Ge
rara interp̄tat̄ incolatus iustoꝝ. hoc est habitatio pauperꝝ spūa
lis Palestina ṽo interp̄tat̄ ore ꝯtusa. & sunt paupes q̄ hn̄t os cō
tusuz & ꝯclusuz pauꝑtate. & in ip̄o āno. hoc ē reuoluto tp̄e eter
nitatis. vn̄ Eccs̄.xi. Mitte panē tuū sup transeuntes aq̄s. q̄a post
multa tp̄a inuenies illū Et dn̄s in euā. Marci.x. Om̄is qui reliq̄
rit domū aut agrū ꝓpter nomē meū cētuplū accipiet in hoc se-
culo. & in futuro vitā eternā. Et etiā elemosyna in hac pn̄ti vi-
ta habet mercedē retributōis in affectu dulcedinis interne in q̄
centuplicato bono reddet dn̄s in merito. & hoc iuste. q̄a sola-
cium in exterioribus ꝓpter deū alij dat: iustū est ut a deo inter-
na bona pro recōpensatione recipiat.

§ Primus
Capitulū.xij. § primus

Lamech Non timebit domui sue a frigoribus niuis. Omnes em̄ domestici eius vestiti sunt duplicibus.

Primo in hoc uersu ꝯsideranda est vis supscriptiōis Lamech em̄ interpretat̄ doctrina discipline. & alludit sententie uersus. quia disciplina preteritoꝝ docuit mulierē hanc cauere de futuris. Docet aūt disciplina notabiliter sex. primū aūt accipienda est discipline definitio quā dat Basilius in originali super principiū Prouerbioꝝ. dicēs ꝙ disciplina est eruditio ꝑ difficilia. sicut dicit ꝓpheta. Per omnē tribulatōem erudieris hierusalē. Primū ergo quod docet est experientia infirmitatis proprie. Credit em̄ aliquis se quādoqꝫ fortē. & cum tangit eum tribulatio & disciplina tunc experit̄ quid sit humana fragilitas: vnde Iob. iiij. Ecce docuisti multos. & manus lassas roborasti. Vacillātes cōfirmauerūt sermones tui & genua tremētia ꝯfortasti Nūc aūt uenit sup te plaga. & defecisti. tetigit te. & conturbatus es. ubi timor tuus: fortitudo tua. & patiētia tua. & perfectio viarū tuaꝝ. hoc spiritu etiam illud in ps̄. dictū est Ego autem dixi in abūdantia mea non mouebor in eternū. Et sequit̄: cum sentiret infirmitatē. Dn̄e in uoluntate tua p̄stitisti decori meo virtutē Auertisti faciem tuā a me & factus sum conturbatus. cū em̄ non esset infirmus. tūc dixit se esse in abūdantia. et oblitus cōditionis humane. que scd̄m Iob. xiiij. nunq̄ȝ in eodē statu ꝑmanet. dixit se non moueri in eternū. Sed ꝑ tribulationem mox ad cor redijt recognoscens. quia decor fortitudinis eius in uoluntate dn̄i situs fuit. Et cū auertit ille faciem discipline exponēdo: tūc remanet ꝯturbatus. Sic ad suū infortuniū et cōdēnationē eruditus ꝑ disciplinā durissimā est anthiochus. De quo legit̄ ꝙ cum res sibi ꝓspere succederet ꝙ supbe loquutus se uenturꝰ hierosolimā & congeriem sepulcri iudeoꝝ se eā facturū. sed qui vniuersa ꝯspicit dn̄s deus israel ꝑcussit eum insanabili & inuisibili plaga. ut em̄ finiuit huncipsum sermonē apprehendit eum dolor dirus viscerum & amara internorum tormenta. Hec legunt̄. ij. Macha. ix. Et sequitur infra. ꝙ cū agitaret currū. ignem spirans animo in iudeos. contigit eum de curru cadere. & graui collisione menbra torqueri. ita ꝙ postea in gestatorio portabatur. & uermes de corpore impij exirent.

ꝙ cum nullus nec ipse etiam suum fetorem sustinere posset: ex graui supbia deductus ad agnitōem sui uenit diuina āmonitus plaga p momenta singula doloribus suis augmēta capiētibus. & cum nec ipse iam fetorē suū ferre posset: ita ait Iustum est subditū esse deo. & mortalē nō paria deo sentire. Sic etiam ad infelicitatē extremā eruditus Herodes. de quo legitur Act. xij. ꝙ statuto die Herodes uestitus ueste regali sedit pro tribunali. & contionabat̄ ad populū. Populus autē acclamabat dei uoces & non hoīs. Cōfestim em̄ pcussit eum angelus dn̄i. eo ꝙ nō dedisset honorē deo. & ꝯsumptus a uermibus expirauit

B Scdm quod docet disciplina orōnis clamor est. qui em̄ nihil scit orare dum fauste & ad nutū omnia suppetunt. tēpore discipline & tribulationis decoratissimas profert orōnes. vn̄ ps. Ad dn̄m cum tribularer clamaui & exaudiuit me. Sic eruditus est rex Iosophat. scdo Paralippo. xx. ꝙ cōueniente aduersus eum graui multitudine ydumeorum & moabitaꝝ & ammonitaꝝ: cōtulit se totum ad rogandū dn̄m. & dixit. Domie tu scis ꝙ in nobis non est tanta fortitudo ꝙ possimus resistere huic multitudini. Sed cum ignoramus quid agere debeamus hoc solum habemus residui ut oculos nostros dirigamus ad te. Sic etiam eruditus est Iudas machabeus & exercitus qui cū ipso erat. pri. Macha. iij. quādo ꝯgregati in Masphat orauerūt dominū dicentes. Tu scis dn̄e que cogitant in nos. quomodo poterimus subsistere ante faciem eoꝝ. nisi tu deus adiuues nos et tubis. hoc est planctu & oratione. exclamauerunt uoce magna. Nec mirū ꝙ homo infirmus in disciplina deuotius orat et ꝓlixius. quia ipe mediator dei & hominū. homo christus iesus. factus in agonia ꝓlixius orabat. ut habet̄ Luce. xxij.

F Sequitur de fidentia. sub qua comprehenduntur due. scilꝫ fiducia & confidentia. Et parum differunt iste tres. tamen differunt in aliquo. quia fidentia proprijs innititur viribus. & ex hoc fidentia est posse in actum difficileꝫ. Fiducia autem innititur quantitati difficultatis. & illam credit euincere. Confidentia autē respicit ad auxilium diuinum. & per illud se credit posse superare. De duplici autem fidentia inuenitur in sacra scriptura. scꝫ de fidentia spei. & de fidentia fortitudinis. de prima habetur. secūda ad Chorin̄. primo Nolo em̄ vos ignorare fratres de tribulatione nostra que facta est in asia. quoniaꝫ supra modum grauati sumus supra virtutem. ita vt etiam tederet nos viuere. sed ipsi in nobisipsis responsum mortis habuimus. vt non simus fidentes in nobis. sed in deo qui suscitat mortuos qui de tantis periculis eripuit nos. Inde etiam dicitur diffidentia desperatio de aliquo. sicut habetur ad Romanos quarto ca. de Abraham ꝙ in repromissione dei non hesitauit diffidentia. id est desperatione. sed confortatus est fide

dans gloriam deo plenissime sciens. quia quecunq; promisit ei deus potens est & facere Et ad Ephe. ij. Vos conuiuificauit. sub au di christus. cum essetis mortui delictis & peccatis vestris in qui bus aliquando ambulastis secundum seculum mundi huius. secundum principem potestatis aeris huius spiritus qui nunc operatur in fili os diffidentie. De fidentia autem fortitudinis habetur Hebre. ij. Ego ero fidens in eum. hoc est fidentiam victorie habebo in fortitudine & robore eius. quia licet dyabolus fortis sit. tamen christus fortior est per hoc quod est idem cum patre. hoc est per deitatem

G Fiducia autem est triplex. sc; fiducia fidei. fiducia spei. & fiducia fortitudinis. Fiducia fidei est que operatur strennue propter certitudinem fidei. Fiducia autem spei est que cum cer-titudine expectat bonum eternum propter securitatem libera litatis diuine. Fiducia autem fortitudinis est que strennue in-surgit in difficile. eo quod credit difficile supare animi virtute vel robore. De fiducia fidei habetur Actuum. iiij. Erant enim discipu li dicentes. Et nunc domine respice in minas eorum. hoc est per-sequutorum. & da seruis tuis cum omni fiducia loqui verbum tuum in eo quod manus tuas extendas ad sanitates. & signa & pro-digia fieri per nomen sancti filij tui Iesu. Et similiter Actuum xviij. legitur. quod appollo erat potens in scripturis & edoctus vi am domini. & feruens spiritu loquebatur & docebat diligenter ea que sunt Iesu. sciens tamen baptisma Iohannis Et sequitur. quod ce pit fiducialiter agere in synagoga. id est fideliter ostendit ei cer titudinem fidei sue ex constantia doctrine & strennuitate ope rum bonorum. De fiducia autem spei habetur Thobie. iiij. Fiducia magna erit coram summo deo elemosyna omnibus facientibus eam. Hic enim accipitur fiducia pro securitate spei que generatur ex elemosyna. quia sicut homo conscius est si-bi quod liberalis fuit in pauperes. ita sumit sibi quandam securita-tem ex liberalitate diuina. Et de spe impiorum dicitur in Iob. viij. ca. Non placebit deo vecordia sua. hoc est hipocrite. & sicut tela aranearum fiducia eius. De fiducia vero fortitudi-nis habetur in secundo Paralippo. xiiij. vbi legitur quod zara rex ethiopum egressus est contra Asa regem Iuda habens secum decies centena milia. & currus trecentos. & venit vsq; ad mare-sa. Porro Asa perrexit ei obuiam. & instruxit aciem ad bellum in valle saphata que est iuxta maresa situata. & inuocauit domi-num deum omnipotentem. & ait. Domine non est apud te vlla

distātia utrū in paucis auxilieris aut in pluribus. adiuua nos dn̄e deus noster. in te em̄ & in tuo nomine habētes fiduciā ue-nimus cōtra hanc multitudinē. domine deus noster tu es. nō preualeat homo cōtra te. & sequit̄ Et corruerunt ethiopes usq; ad internitōem. zara interpretat̄ oriens. & significat stellā que mane oriebat̄ in luce. sed globos sue lucis in tenebras cōmuta uit. sc3 dyabolū qui rex est maurorum siue ethiopum tetrorum. sc3 peccatorum & infernorum demonū. decies aūt centena milia si-gnant infinitos modos tentationum qui secum sunt. sicut cla mat Dauid in ps. Domine quid multiplicati sunt qui tribu-lant me. multi insurgunt aduersum me. Multi dicunt aīe mee non est salus ipsi in deo eius. Asa autem interpretat̄ sustollens facturam & significat fortem qui semp facturam dei sustollit viribus Hic instruit aciem cōtra multitudinē demonū in ual le humilitatis iuxta maresa. que interp̄tatur amputatio. quia in primo motu obuiat dyabolo. uocatur autē uallis saphata que interpretat̄ iudicans eos. quia humilitas semp diiudicat seipsam ne a domino diiudicetur. Orat autem Asa. hoc est mu lier fortis. sustollens se in cōfortatione domini dicens q̄ in do mino & in suo nomine habet fiduciā victorie. in ɔparatōe di-uini auxilij nihil reputans paucos aut multos bellatores. Vn-de patet q̄ fiducia robur animi est strennue agens. eo q̄ tantū difficultatis vincere presumit.

H Confidentia autem est triplex similiter. scil3 fidei spei & fortitudinis. De cōfidentia fidei dicit̄ ad Ephe. iij. In christo ha bemus fiduciā & accessum in confidentia per fidem eius. Ite3 Math. xxvij. Cōfidit in deo liberet nunc eum si vult. dixit em̄ quia filius dei sum. De confidentia aūt spei dicit̄ ad Hebre. vi. Confidimus aūt uobis fratres charissimi meliora & viciniora saluti. Et ad Roma. ij. Cōfidis teipsum ducē esse cecorum & lumē eorum qui in tenebris sunt. Et sequit̄. Qui ergo doces aliū. te-ipsum non doces. Et ad Hebre. x. ca. Nolite amittere confidē-tiam uestrā que magnā habet remunerationē. patientia em̄ uo bis necessaria est ut uoluntatem dei faciētes reportetis promis-siones. De cōfidentia autem fortitudinis habet̄ Iere. ij. Ab egy-pto cōfunderis sicut confusa es ab Assur. nam & ab ista gradi-eris. & manus tue erūt supra caput tuū quoniā obtriuit domi nus confidentiā tuam. & nihil habebis prosperū. & loquitur ibi dominus de iudeis qui fedus amicicie fecerunt cū egyptijs cōtra Assirios. & intendit q̄ sicut opprimunt̄ ab Assirijs sic cō

fundetur ab egyptijs. quia non poterũt auxiliari. & tamen iu-
dei habebant fiduciã in illis. & illam fiduciaꝫ obtinuit domi-
nus. quia impediuit eam. traducẽdo etiaꝫ egyptios in manus
assirioꝝ. ꝙ aũt manus in capite dicuntur habere. dicitur pro-
pter signum magni doloris. vnde cõfidentia hec scd̃m sensuꝫ
littere est species fortitudinis ꝑsumens vincere propter auxiliũ
Scd̃m moralitateꝫ autem assur. qui interpretatur beatus. signi
ficat prosperitatem huius vite in qua ꝯfunduntˀ ꝓpter pecca-
tum mali homines. Egyptus autem. qui interpretatˀ meror uel
angustia. significat aduersitateꝫ in qua tamẽ confundentˀ. quia
eleuantˀ in prosperis & deijciuntur in aduersis. Fiducia autem
est mũdus & uoluptas vite & iuuentus & huiusmodi. que ob
tinet dominus in die mortis infligens dolorem intolerabileꝫ
qui significatˀ ꝑ manũ in capite. Itẽ Sophonie. ij. loquitˀ de mũ
do dicens. hec est ciuitas gloriosa habitans in confidentia que
dicebat in corde suo: ego sum. & extra me non est alia amplius
quomodo facta est in desertum cubile bestie. omnis qui tran-
sit per eam sibilabit & mouebit manũ suam. Mũdus desertus
erit in die iudicij. & est mõ cubile bestie. hoc est dyaboli. et san-
cti sunt qui transierũt. quia nõ manent in hoc mundo & sibi-
lant deridẽtes mundũ. & mouẽt manũ excutientes eam ne ali-
quid rerũ mundanaꝝ adhereat

I Sequitˀ de patientia que est tercia pars scd̃m Tullium Est
autem triplex patientia. scilꝫ asinina & astucie siue calliditatis:
et tercia est patientia virtutis. & hec est duplex. scilicet patiẽtia
spei & patientia fortitudinis. Patientia autem spei est expecta-
tio rei sperate sine deiectione animi. & de hac habetur Romaꝝ.
viij. cap̃. Nam quod videt quis quid sperat. si auteꝫ quod nõ
videmus speramus. per patientiã expectamus. Et ad Hebreos
x. ca. Patientia uobis necessaria est ut uoluntatem dei faciẽtes
reportetis repromissionẽ Patientia asinina est que prouenit ex
stoliditate sensus. q̃ndo aliquis nescit auertere iniurias. & ideo
equanimiter tolerat eas. & hec est patientia ebrij. de qua habetˀ
in Prouerbijs. xxiij. cap̃. Verberauerũt me & non dolui traxe-
runt me & ego non sensi.

K De patientia aũt astucie. scꝫ que dissimulat iniurias. nõ
tamen remittit. sed equanime sustinet ad tẽpus. habetur scd̃o
macha. v. ubi legitur ꝙ rex Antiochus misit principẽ odiosuꝫ
appolloniũ cum exercitu ex viginti & duobus milibus. preci
piens eis om̃es ꝑfecte etatis mares interficere. mulieres auteꝫ ac

iuuenes uendere. qui cum uenissent hierosolimā pacem simu-
lans quieuit usq; ad diem sanctū sabbati. & tunc feriantib9 iu
deis arma capere suis precepit. omnesq; simul qui ad spectacu
lum processerant trucidauit. & p ciuitatē cū armatis discurrēs
ingentē multitudinē peremit Hic pt3 φ ad tēpus fuit patientia
fraudis & astucie Et hec ē instructio moralis. quia appollonius
dyabolū significat. cū satellitibus suis. sc3 luxuria fornicatio-
ne auaricia. & huiusmodi vicijs. hierusalē autem fidelis anima
non littera. sed spiritu iudea que confitetur domino & glorifi
cat eū. hec nō capit in die ꝓfesto. sed in die feriatō is. quia φdiu
homo bono aliquo exercitio occupatur dyabolus tempus in
gerendi tentationes non inuenit. sed cum inuenit domu3 quā
exeundo reliquit scopis uanitatis & pompe mundatā & orna
tam seculi illecebris & spectaculis assumit secū exercitū septem
spirituū qui sunt nequiores se Lu. xi. ca. Et interficiunt primo
ad spectaculū satellitu3 dyaboli ꝓcedentes perfecte etatis. hoc
est opera pfectionū facientia. sed mulieres resolutas. sc3 in uo-
luptate. & iuuenes lasciuientes in desiderijs carnis uendūt pec-
catis p cōsuetudinē. Hec etiam fuit patiētia Cayn qui dissimu
lauit rancorem cora3 patre & matre & euocauit Cayn Abel ut
amicū extra homines. & ibi interfecit Gen̄. iiij.

L De patientia autem virtutis dicit Iacobi primo. Patiē-
tia opus perfectū habet. & Luce. xxi. ca. In patiētia enim uestra
possidebitis animas uestras. & in Prouerb. xxv. Patientia leniē
tur princeps & lingua mollis confringet duriciam. id est uerba
patientie. Et ponunt in istis tribus auctoritatibus tres effectus
patientie. sc3 perfectio operis. possessio proprie anime ad nutū
quam iratus & impatiens ad nutū nō habet. & placatio dei &
emollitio iusticie ipsius.

M Longanimitas uero continetur sub patiētia scdm Tul
lium. que in sacra scriptura triplex inuenitur. scilicet misericor
die. spei. & fortitudinis. Longanimitas misericordie ē que diu
derelinquenti differt penam. & dissimulat vindicta3. ut sic tra
hat ad penitentiam. de qua habet ad Roma. ij. ca. An diuitias
bonitatis eius & patientie. & longanimitatis contemnis. igno
ras quoniā benignitas dei ad penitentiam te adducit. & in ps.
Longanimis & multū misericors

N De longanimitate aūt spei notandū. φ spes dicit lon-
ganimis que diu equanimiter expectat rem speratam sibi pro
missam. Et de hac habetur ad Hebre. vi. Abrahe nāq; promit-

tens deus quoniā neminē habuit per quē iuraret maiorem. iu rauit per semetipsum dicens. Nisi benedicens benedicam te. & multiplicans multiplicabo te. & sic longanimiter ferens: adeptus est repromissiones

O De longanimitate autem fortitudinis. qua quis scilicet strennue tolerat aduersa diu usq3 ad finem victorie. & potest cōtinuare pericula. habetur in scd'a ad Chor. vi. ubi dicit ap'ls: q' in omnibus exhibeam' nos sicut dei ministros in multa patientia. in tribulationibus. in necessitatibus. in angustijs. in plagis. in carceribus. in seditionibus. in laboribus. in vigilijs. in ieiunijs. in castitate. in scientia. in longanimitate. in suauitate. in spiritusancto. Hanc etiam longanimitatē ponit idem apostolus inter fructus spiritus. ad Gala. v. ca. De eadem etiam habetur Iacobi. v. Exemplū accipite fratres exitus mali tribulatiōis et longanimitatis. laboris & patientie prophetas qui loquuti sunt in nomine domini. Ecce beatificamus eos qui sustinuerunt. sufferentiā Iob audistis & finem dn̄i vidistis. quoniā misericors est dominus & miserator

P Deinde videamus de pseuerantia. que vltima ponitur pars fortitudinis. Et cōtinetur cum ipsa constantia & sub ipsa. Notandū aūt q' pseuerantia triplex est. quādoq3 em̄ propositum pseuerandi in omni bono quod incipitur. dicitur pseuerantia. Et hoc a beato Aug'. in libro de bono pseuerantie dicitur donū pseuerantie. qd' dat' homini in principio inceptionis: quia sine hoc nemo bonum incipit. & ꝯsummatur in fine vite: cōtinuate in bono. Tunc em̄ primo consummat' hoc donum: quia ante hoc non dicitur pseuerasse. Secūdo dicit' pseuerantia cōtinuatio boni usq3 ad finē. Continuatio aūt mali. sicut dicit Augustin'. nō dicit' pseuerantia. sed potius ptinacia. Tercio dicitur perseuerantia strēnuitas animi in perdurando in difficili usq3 ad perfectam superatiōem ipsius. Et hec est pars & species fortitudinis

Q De prima pseuerātia. que nihil aliud est q' ppositū pseuerādi in bono incepto. habet' Iob. xv. c. & loquit' de ypocrita qui nō habet ppositū pseuerādi in hoc quod facit. sed tm̄ usq3 ad hoc facit q' ꝯsequat' quod intēdit. vnde dicit sic de ipō. Nō ditabit' nec pseuerabit substātia eius. nec mittet in terrā radicē suā. nec recedet de tenebris. ramos eius arefaciet flāma. & auferetur spiritu oris eius. Non ditabitur virtute. et huius causa est: q' substātia operū eius nō pseuerat. id est nō est cū pposito pse-

uerandi. & ideo radicē boni nō mittit in terraȝ humilitatis. & stabilis vite. quia terra ineternū stat. ut dicit͛ Eccs. prio. & ideo de tenebris peccati non recedet cor eius. & flamme laudis humane cōsumit ramos operū eius. & spiritu oris eius. id est dei auferet͛. id est interficiet͛. sicut caput eius antichristus

R De pseuerātia aūt que ē ꝯtinuatio boni usq͂ in finē dicit͛ Mathei. x. Qui pseuerauerit usq͂ in finē hic saluus erit. Itē Mathei. xxiiij. Qm̄ abundabit iniquitas: refrigescet charitas multoꝝ: qui autē pseuerauerit usq͂ in finem hic saluus erit

S De pseuerātia aūt tercia que ē spēs fortitudinis habetur ad Hebre. xij. In disciplina pseuerate. tanq͂ filijs uobis offert se deus. Disciplina aūt est eruditio moꝝ per difficilia. vnde ideȝ est pseuerare in disciplina. quod est pseuerare in difficultate.

T Vltimo ponēda est ꝯstantia. que ad pseuerantiā habet reduci. Est aūt duplex cōstantia. scȝ maturitatis & fortitudinis Cōstantia maturitatis est quādo aliqs ex refrenata dissolutōe lasciuie equalitatē vultus & animi p͛fert cōtinue. Cōstantia autē fortitudinis est quādo aliqs ex robore magnifici animi non deijcit͛. ex hoc q͂ diu pmanet in aduersis & pseuerat. Quādo autem aliquis equalē se exhibet in malo: hoc nō uocat͛ cōstantia. nisi abusiue. quia ꝓprie obstinatio uocatur

V De prima aūt ꝯstantia habet͛ Actuū. iiij. Videntes principes iudeoꝝ Petri ꝯstantiā & Iohannis. ꝯperto q̄ hoīes essent sine litteris & ydeote ammirabant͛. & cognoscebāt qm̄ cuȝ iesu fuerant. quia scȝ per cōstantiā in bono cognoscunt͛ discipuli iesu. De hac eadē habet͛ Actuū. xiij. q̄ qn̄ iudei nolebant audire uerbū: tunc ꝯstanter Paulus & Barnabas dixerūt. uobis oportebat primo loqui uerbum dei. sed qm̄ repellitis illud. & indignos uos iudicatis vite eterne. ecce conuertimur ad gentes. hec enī ꝯstantia nihil aliud dicit͛ q͂ equalitas pmanendi in doctrina et predicatione uerbi.

X De ꝯstantia aūt fortitudinis habet͛ Sapieñ. v. Tunc stabunt iusti in magna cōstantia aduersus eos qui se angustiauerunt & qui abstulerūt labores eoꝝ. Et in scdo Paralip. xx. cap. scd̄m lrām septuaginta interpretuȝ. Cōstantes estote videbitis auxiliū dñi sup uos. Littera aūt nostra scd̄m Hiero. habȝ tantūmodo. Cōfidenter state & videbitis auxiliuȝ dñi super uos. Et sil͛r prio Machabe. ij. c. ubi dicit͛ q̄ multi de iudeis timentes anthiochū. recesserūt a lege dei. & sequit͛ q̄ Mathathias et filii eius cōstanter steterunt. Et iste sunt nouem ptes fortitudinis a

sanctis inuente. quas ut potuimus exequuti sumus.

Y Sequitur terciū superioris diuisionis. sc; qualiter fortitudinis actus & fortitudinis partes aptentur sibi in uestimentum. Sunt aūt tria ad hoc necessaria. sc; forfex incidens & formans. acus consuens. & filum cōtinens siue cōnectens omnia Forfex aūt formans est ratio. & habet duos cultros cōtra se inuicem uenientes. vnus est fides. alter auctoritas scripture. & cōuectunt clauo intellectus ueritatis ut directe contra se inuicem ueniant. Et de hoc sub alia metaphora. dicit Osee. vi. c. Propter hoc dolaui in pphetis & occidi eos in uerbis oris mei. Ide; em̄ quod ibi dolabrū dicit scdm metaphorā. voco forfices Et Isa. xli. Confortauit faber erarius pcutiens malleo eum qui cudebat tunc tēporis dicens. gluton bonū est. Faber em̄ erarius dicitur mulier fortis & cōfortat cudente; opera fortitudinis dicēs de gluton quo nectitur totum opus eius. quia bonū est. Alias aūt metaphoras inducimus. quia de forficib9 nihil inuenit expressum in scriptura. Acus aūt est sapientia penetrans ubiq; & disponens suaue uestimentū ut aptetur decenter. Sicut dicitur Sapieñ. viij. c. Attingit a fine usq; ad finem fortiter. & disponit omnia suauiter. Filū uero omnia fortitudinis opera cōnectens et partes ipsius est equanimitas. Equanimitas em̄ non est pars fortitudinis uel actus eius. sed est in omi parte ipsius & in omni actu suo ɔnectens & cōtinens omia ne dissoluātur. Sicut dixit angelus ad Thobiā. v. Forti animo esto. in proximo est ut a deo cureris. forti animo equanimis ne deijciat animus in aduersis. Et sic adaptatur uestimentū

A § Tercius.

Sequit de indumēto decoris. & primo sumēda est definitio decoris ut cōgruentius pcedamus Dicit aūt phūs. ꝙ decor est elegans cōmensuratio partiū. quādo sc; color respondet figure faciei. & dispositio capilloꝵ ex compatiōe ornat faciem. Quia ita laudat mulier Cantico. vi. ꝙ est pulcra & decora Pulcra in menbroꝵ dispositione. & decora in pportione eorum. Accipiamus ergo ꝙ hec mulier uestimentu; habet decoris glie. Decor nature cōsistit in debita pportiōe siue ɔmesuratione nature. ut sc; caro spiritui subdatur. & ratio regat ut domina. & uolūtas obediat in omibus. Sensualitas aūt restringatur a lasciuijs tanq; ancilla uel filia luxuriosa. ɔcupiscibilis au

tem rationi in omibus subseruiat. Irascibilis etiã obtẽperet ad nutũ. ut sic tota caro subiecta sit spiritui. & spũs rõni. ratio autem deo. Et hic decor est rectitudo & honor nature humane Sicut dicit in ps. Homo cũ in honore esset non intellexit. cõparatus est iumentis insipientibus. & similis factus est illis. Et Ecclesiastes. vij. Deus creauit hominẽ rectum. & ille immiscuit se infinitis questionibus. hoc est questionibus demonis. que adhuc non habent finẽ. quas quidẽ in paradiso ꝑposuit. nec usq; in hodiernũ diem ad finẽ solutionis ꝑfecte potuimus ꝑuenire Hec etiã q̃ndoq; dicit imago dei. scd̃m quã factus est homo. sicut habet Ge. primo. Ad imaginẽ dei factus est homo. Et Ecci. xvij. Deus de terra creauit hominẽ. & scd̃m imaginẽ suã fecit illum. Et hec imago est in hoc ꝙ ratio imperet & alie vires imperent. & corpus subdatur spiritui. & spũs deo. sicut habet Gene. primo. Faciamus hominẽ ad imaginẽ & similitudinẽ nostraꝫ et presit piscibus maris & uolatilibus celi omniq; reptili quod mouet in terra. Pisces maris qui nutriunt in aquis sunt motus uoluptatis. Volatilia aũt celi sunt motus suꝑbie. & spiritualiũ peccatoꝝ Reptilia aũt que mouent in terra sunt motus animalitatis terrene ut auaricie. & huiusmodi

B Decor aũt virtutis est in cõcentu virtutũ omniũ. ut scꝫ tẽperantia in omibus modũ & mensurã ponat. Fortitudo autem in omibus strennuitatẽ. Iusticia decens & debitum. Prudẽtia uero sit rector & auriga in omnibus. Dum enim temperãtia ponit modum. cordi facit mansuetudinem & mititatẽ. Dũ ponit modum habitui exterius facit modestiam. Dum ponit modum uoluptati que est in potentia generationis facit continentiam pudicicie virginalis. & castitatis vidualis. & continentie cõiugalis. Quarum prima quidẽ abstinet corde et corpore ab omni concubitu & semp. Secũda autem ab omni quidem abstinet concubitu. sed non semper. Tercia autem nec ab omni nec semp. sed abstinet a concubitu non sui semper. & a concubitu sui non semper. sed quãdoq; scꝫ tempore orationis Et post illud tempus iterũ conuertit in ipsum ne tentet eum sathanas ꝑ incontinentiã. Dum item ponit modũ tẽperantia in delectabili quod concedit ad nutrimentũ facit parsymoniam Similiter dum fortitudo ponit strennuitatẽ in difficultatibꝰ illatis nobis ab alio. uel etiã que fiũt in nobis ut infirmitates. & huiusmodi. animũ facit magnificũ. ratione autem fidentem. In passione aũt ipsa operat patientiã. & robur continet ad ꝑsẽ

uerandū. Iusticia eodē mō. dum decens ponit in ore facit ueritatem. Debitū aūt ponit in opere. & facit ad superiores obediētiam & reuerentiā. Ad proximos aūt pietatē & honorē & liberalitatem. Ad inferiorē uero misericordiā & miseratiões in elemosynis. Ad se uero humilitatē. Ornans aūt iudices: operatur clementiā & humanitatē in iudicādo. in sentētia aūt equitatē; et condēnando vindicatōem. & ad deum religionē & cultū decentē. Dum uero prudētia regnū ꝯspicit. ex ꝑteritis memoriā stabilit. duꝫ ꝑsentia inspicit ut dirigat & clarificet intellectum. dum aūt solerter ꝯspicit de futuris. ꝓuidentiaꝫ nobis acquirit Cautelā siquidē operatᷓ in periculis. cōsiliū in dubijs. In certis autem certa gubernat scientia

C Est iterū decor harū virtutū quo respiciunt se inuicem. nisi em̄ tēperantia singulis modū ponat: erit prudētia non habens modū. & iusticia nimis iusta. & fortitudo ꝓceps in periculis. Nisi em̄ fortitudo singulis strennuitatē ministret: efficiētur omes resolute & effeminate circa difficile. circa quod est omnis virtus. Nisi item iusticia decens & debituꝫ apponat: reprobabunt omnes. sicut ab ore fatui reprobatᷓ parabola qui non dicit eam in tpe suo Eccī. xx. Iterū aūt nisi prudētia regat singula sicut ceci cadent in foueā periculi nō ꝓuisi. sic deus artauit virtutes ut non sit scisma inter eas. vnde pro se inuicē sollicite sint ut ꝙ vna nō habeat in se: accipiat ab altera. & quod habet alia cito socie sue cōmunicet. ut illa quoqꝫ isti vicē in alio qđ non possidetᷓ ab ista rependat. Hec decētia & iste decor significatᷓ in corpore humano & in ecclīa. In quibus grām quā habet vnū mēbrū cōmunicat alij. ut sic oīa sint ꝯmunia. singulis tamē in proprijs officijs dispositis & distributis. Sicut habetᷓ Roma. xij. ubi dicit apl's. Sicut em̄ in vno corpore multa menbra habemus. oīa aūt mēbra nō eundē actū habent. ita multi vnuꝫ corpus sumus in christo. singuli aūt alter alterius mēbra habētes donationes scdm grām que data est nobis differētes. Et pri. Chorꝝ. xij. Corpus nō est vnū menbrū sed multa Si dixerit pes qm̄ nō sum manus. non sum de corpore. num ideo non est de corpore. Et si dixerit auris. qm̄ nō sum oculus. non sum de corpore. nū ideo nō est de corpe. Si totū corpus oculus. ubi auditus. & si totū auditus. ubi odoratus. Nunc aūt posuit deus mēbra. & vnūquodqꝫ eorꝝ in corpe sicut uoluit. quia si essent oīa vnū menbrū. ubi corpus. Nunc aūt multa quidē mēbra. vnuꝫ uero corpus. nō potest aūt dicere oculus manui: opera tua nō

indigeo. aut iterum caput pedibus non estis mihi necessarij. Sed multo magis que videntur membra corporis infirmiora esse. necessariora sunt. & que putamus ignobiliora membra esse corporis: his honorem habundantiorem circũdamus. & que inhonesta sunt nostra habũdantiorem honestatem habēt. Honesta autē membra nostra nullius egent. sed deus temperauit corpus ipsum: ei cui deerat honorem habũdantiorem tribuendo. vt nō sit scisma in corpore. sed in idipsum pro seinuicem sollicita sint membra. etsi quid patitur vnũ membrũ. cōpatiũtur omnia membra. siue gloriatur vnum membrũ: congaudent omnia membra. Per om̄ia similiter est de virtutibus in anima. & facilis est adaptatio p̱ predicta

D Habet autem hec mulier etiam decorē in theologicis virtutibus. que sunt fides. spes. charitas. que tres ꝯiũgunt ipaꝫ deo decorantes eam in conspectu dei. Alie autem quattuor decorant ipsam apud homines vt sit verum de ipsa quod habetur Sapieñ. iiij. ꝙ scꝫ immortalis est memoria illius. quoniā & apud deũ nota est: p̱ decoreꝫ: & apud homines: per virtutes. Fides etem̄ prime veritati ipsam coniũgit. Spes aũt eternitati beatitudinis vnit quam expectat. Et charitas vnit bonitati. Similiter iste virtutes decorem habent ꝯsonantie: dum fides deum ostendit. Spes autem ad ipsum se extendit. Et charitas ipsum apprehendit. Eodem modo ꝯsonant in edificio cordis. fundamentum em̄ aliud nemo potest ponere preter id quod positū est: quod est christus Iesus. vt dicitur prima ad Chorin̄. iij. Hoc exponens glosa Ambro. dicit ꝙ christus in corde est fides christi in corde. sicut dicit idē apostolus alibi. in fide fundati Spes autem parietes erigit. & charitas concludit in summo. Eodem modo in opere decorem preparationis habent. nam charitas opus elicit. spes ꝯducit ad mercedem. fides aũt dirigit intentionem. teste Augusti. qui dicit. ꝙ intentio bonũ opus facit. intentionem autē fides dirigit. De his tribus habetur prima ad Chorin̄. xiij. Nũc aũt manēt fides spes & charitas tria hec. maior autē horum est charitas. Isti sunt illi tres viri qui apparuerunt Abrahe ad radicem mābre. Gene. xviij. Isti sunt etiaꝫ tres pueri illesi in camino iniquitatis huius mũdi. Danie. iij.

E Decor autē omniũ signatur. tercio Reg. x. vbi legit̄ ꝙ regina Saba vidēs oēm sapiētiā Salomōis & domũ quā edificauerat: & cibos mēse ei⁹: & habitacula seruoꝝ: & ordīes ministrātiũ: vestesqꝫ eoꝝ: & pincernas: & holocausta q̄ offerebāt ī domo

domini nõ habebat vltra spũm. Regina Saba est sapientia huius mũdi: que vt est multũ in eloquentia interp̃tatur scd̃m aliam interpretationem capta. quia captiuatur in obsequiũ christi. Et scd̃m terciam interpretatur ꝯuersio. quia ad christũ conuertitur. Domus autẽ Salomonis est domus edificij spũalis. qd̃ edificatur viro pacifico: hoc est christo. Sapientia autem est sapor eternorum. Cibi autem mense sunt refectiones & dulcedines omniũ virtutum. Habitacula aũt seruorum sunt

	Rationalis
Vires anime. sicut	Irascibilis
	Concupiscibilis

In quibus precipue serui christi: virtutes sc;: habitãt. Ordo autem ministrantiũ est ordo virtutum qui explanatus est. Vestes autẽ virtutum sunt ꝯsuetudinis opera & gratie. Pincerne autẽ dicũtur etiam quia propinant vinũ gaudij spũalis quod letificat cor hominis dispositum scd̃m decore; virtutis. Holocausta aũt totius incendij deuotionis offerũt tres. sc; fides. spes. & charitas in domo dñi: deo. hoc est in corde. Hec videns inquã secularis sapientia nõ habet vltra spũm seculi. sed acquirit spiritum dei. He duplices virtutes scil; politice & theologice: significantur per Martham & Mariã. Luce. x. Nam theologice sunt circa deũ. cardinales aũt satagunt circa frequens ministerium quod expletur ad homines. Significantur etia; p dispositiones angelorum in celo. quorum tres chori deo assistunt. alij autem ministeriũ sui officij explent circa alia. Et tantu; dictũ sit de decore virtutis huius mulieris fortissime

F Sequitur de decore eius in opere. Est autem in tribus decora in opere. sc; licito. honesto. & expedienti. Opus licitũ decorat ad deum. honestũ autẽ ad seipsam. & expediens ad proximũ. Licitũ aũt scd̃m Aug⁹. est qd̃ nullo p̃cepto prohibetur. Et hoc primũ attendit mulier fortis in opere suo. habens vero hoc qd̃ est licitũ: adhuc ꝯsiderat vtrum sit honestũ. Honestum aũt est qd̃ est laude dignũ apud ꝯscientiam & hoĩes. vel ad minus qd̃ nõ habet verecũdiam appellatur honestum. Cũ aute; & hoc inuenit in opere suo quod nõ habet verecũdiam: cogitat adhuc vtrũ sit expediens saluti proximorũ. Sic em̃ impletur illud ap̃li ad Roma. xij. Prouidentes bona nõ tm̃ corã deo sed etiã corã om̃ibus hominibus. Si em̃ om̃ia licita essent etiã statim faciẽda nunq̃ diceret ap̃s prima ad Chorĩ. vi. Om̃ia mihi licent; sed nõ omnia expediũt. quia sc; quedam licita nõ

prosunt saluti proximorū. De quibus ipse apl'us dicit prima ad Chorin̄. viij. Videte ne forte hec licentia vestra offendiculū fiat infirmis. Et loquitur de his qui comedebāt carnes ydolis oblatas corā infirmis. Et ideo subinfert Si esca scandalizat fratrem meum: nō manducabo carnem ineternū ne fratrē meuȝ scandalizem. Si iterum omnia licita essent etiam honesta non diceret apl'us prima ad Chorin̄. vi. Om̄ia mihi licent. sed ego sub nullius redigar potestate. hoc est nō dabo alij occasionem iudicandi me ex opere mihi non prohibito p preceptum. Qđ em̄ iudicatur ab alio aliquam habet rōnem indecentie & verecūdie. Vnde decor pfectus operis est vt sit licitū honestū & expediēs saluti proximoꝝ. Vnde apl'us ad Philip. iiij. dicit ꝙ sectanda sunt quecūqꝫ pudica. id est honesta. & quecūqꝫ iusta. id est licita. & quecūqꝫ bone fame. id est expedientia saluti proximorum. Et ad Titum. ij. Sobrie iuste & pie viuamus in hoc seculo. Iuste. id est licite. Sobrie. ne verecūdiam honestatis amittamus. Pie aūt quo ad vtilitatem proximoꝝ. quia impiuȝ est nocere proximis per scandalum

G Est etiam hec mulier decora in gloria nō vana sed vera

Est aūt hec gloria triplex. scȝ
- Conscientie
- Spei
- Tribulationis

Gloria aūt ꝯscientie est letitia que oritur de ꝯscientie serenitate & securitate. De qua dicit apl'us secūda ad Chorin̄. primo Nā gloria nostra hec est. testimoniū ꝯscientie nostre ꝙ in simplicitate cordis & sinceritate dei: & nō in sapiētia carnali sed in gratia dei ꝯuersati sumus in hoc mūdo. Hec aūt gloria precipue oritur ex tribus in ꝯscientia existentibus. scȝ quia nō est culpa que remordeat. & hoc facit puritas a peccato. Et quia inest cōscientie securitas. & hoc facit habūdantia meritoꝝ. Et quia in vita & opere testimoniū habet spūssancti. quia scȝ scđm traditiones patrū & sacra eloquia ꝯuersata est mulier hec. Sicut dicit apl'us ad Roma. ix. Veritatē dico in christo Iesu nō mentior testimoniū perhibente mihi ꝯscientia mea in spūsancto. Et de hoc laudatur etiā Abel ad Hebre. xi. Fide plurimā hostiā Abel ꝙ Cayn obtulit deo. p quā testimoniuȝ ꝯsequut' est esse iustus testimoniū phibente muneribus eius deo. & p illā defunct' adhuc loqr. Sicut em̄ dicit apl's ad Rom. xiiij. Om̄e qđ nō est ex fide peccatū est. Et dicit glo. ꝙ om̄e qđ nō ē ex fide ꝯsciē edificat ad gehennā. Cōscientia aūt fidē accipit ex testimonio spūssctī.

H De gloria aūt spei & de tribulationibus simul habetur ad Roma.v. Gloriamur in spe glorie filiorum dei. non solum aūt sed & gloriamur in tribulatōibus: scientes quia tribulatio patientiā operatur. patientia aūt probatōnem. probatio vero spem. spes aūt nō ꝯfundit. De sola autē gloria spei habetur in psal. Gloriabūtur in te omēs qui diligūt nomen tuū. quoniaꝫ tu bñdices iusto. hec em̄ est gloria spei. Et de hac iterū habet in psal. Gloria hec est omnibus sanctis eius.

I De gloria aūt in tribulatiōibus. ad Gala.vi. Mihi absit gloriari nisi in cruce domini nostri Iesu christi. per queꝫ mihi mūdus crucifixus est: & ego mūdo. Et secunda ad Chorin̄.i. Si gloriari oportet: que infirmitatis mee sunt gloriabor. Et secū da Chorin̄.xij. Libenter gloriabor in infirmitatibus meis. vt inhabitet in me virtus christi. cū em̄ infirmor tunc fortior sum & potens. Et ponitur infirmitas pro passione tribulatiōis. De triplici aūt gloria simul habetur Isa.xxxv. Gloria libani data est ei. hoc est mulieri forti. decor carmeli & saron. Libanus interpretatur candidatio. Vnde gloria libani est gloria in candore conscientie. Carmelus aūt interpretatur sciētia circūcisionis & significat certitudinem spei beatitudinis que circūcidet nos ab omi miseria. Saron aūt interpretatur princeps merens. & significat principatum glorie in merore tribulatōis. Hec est triplex gloria decora nihil habens indecorū. quia nihil hꝫ vanū

K Non em̄ gloriatur hec mulier vt multi gloriantur in mūdo. De quibus dicitur in psal. Quid gloriaris in malicia q potens es in iniquitate: qui scꝫ letantur cū male fecerint & exultant in rebus pessimis. Quidam autem etiā gloriātur in iactācia sue dignitatis. De quibus dicit apl's ad Roma.xi. Noli gloriari aduersus ramos. ꝙ si gloriaris: non tu ad radicem portas sed radix te. Quidā etiam in iactantia suorum meritorum De quibus dicitur prima ad Chorin̄.iiij. Si aūt accepisti quid gloriaris quasi nō acceperis. Quidā gloriātur in diuitijs pro sapientia vel potentia sua. Contra quos dicitur Hiere.ix. Ne glorietur diues in diuitijs suis. & ne glorietur sapiens in sapientia sua. & ne glorietur potēs in potentia sua. Sed in hoc glorietur qui gloriatur scire & nosse me scilꝫ per conscientie secretū. Hec em̄ mulier ne glorieť in potētia fortitudinis sue: accipit in exēplū Sāpsonē fortissimū. quē seduxit mulier meretricula debilis de tētatōibꝰ amoris falsi ut tōderet eū capillis & traderet in manꝰ philistinoꝝ: q cecātes cuꝫ fecerūt eū molere. Iudicū.xvi.

Sampson aũt sol fortis significat quẽlibet sanctũ in quo lucet sol iusticie christus deus noster. Fortissimus aũt est ille. quia fortissimus est adiutor suus christus. Meretricula aũt est cõcupiscẽtia que radit capillos. hoc est cogitatiões de deo primo aufert. ingerẽs cogitatões luxurie. in quibus sic debilitaṫ & effeminaṫ ut tradaṫ p ɔsensuȝ in ptãtẽ philistim. i. demonũ. qui cecantes euȝ dulcedine delectatõis. faciunt eũ molere. hoc est ad uanitatem mũdi circuire. Ne aũt gloriet̃ in diuitijs: accipit in exẽplũ purpuratũ diuitẽ quẽ sepultũ in inferno ꝓnunciat euangeliuȝ Luce. xvi. Ne iteruȝ in sapientia uane gloriet̃ pro exẽplo est ei Salomon. cuius fines terre mirabanṫ sapientiam. & cecidit per mulieres ita ut adoraret ydola multa. iij. Reg. xi. Ne uero glorieṫ in nataliũ nobilitate pro exẽplo est ei ipsoꝝ nataliũ uerecũdia quã nemo etiaȝ ex regibus potest effugere. hoĩs em̃ gloria quo ad natiuitatẽ. ut diciṫ primo Macha. ij. stercus est & vilior etiã ꝙ̃ stercus. quia tãta sordidanṫ ignominia ut etiã phas non sit sermone describere. Sił̃r medicinã accipit dolorẽ mortis ne in morte glorieṫ. quia etiaȝ in illo nemo gloriaṫ. sed eius memoria etiã. iuxta Ecclesiasticũ. xli. amara est & non gloriosa Ne aũt glorieṫ in vita in exemplũ accipit huius vite incertitudinẽ. que sicut diciṫ p̃rio Macha. ij. hodie extolliṫ & cras nõ inuenieṫ. Et Isa. xl. Om̃is caro fenũ. & om̃is gloria eius quasi flos feni. exiccatũ est fenũ. & cecidit flos. & sp̃us dñi. id est iudiciuȝ ire dei exufflauit in eo. p mortem scȝ In istis ergo mulier hec excludit gloriã sciens ꝗ gloria hec nihil habet decorũ. Sed in tribus p̃dictis gloria & honore coronaṫ. quia in istis gloriari honor est & decor.

L Est aũt sp̃ualis decor huius fortissime mulieris in victoria fortitudinis. cui victorie septẽ adaptanṫ remuneratões. que in Apocalipsi primo septeȝ p ordinem ecclesijs asscribũtur Et sunt quedã ex pte corporis pugnãtis. et quedã ex parte anime et quedã ex pte utriusꝗ siue cõiuncti. Corpus em̃. q̃d mõ pugnat. sepe occũbit per mortẽ in fortitudine. decorabiṫ ergo immortalitate pfecta. Et hoc est quod diciṫ Apocał. ij. cap̃. Vincẽti dabo edere de ligno vite quod ẽ in paradiso dei mei. Lignũ aũt vite edebaṫ cõtra mortalitatẽ que auferet p esum sapientie in regno paradisi. & amenitatis celestis

M Anima etiã pugnãtis nũc quãdoꝗ uacillat ex debilitate uolũtatis. nã ɔtingit eam succũbere peccato. Et ideo vincenti ꝓmittiṫ ꝙ nõ ledeṫ a morte secũda. quia ɔfirmabiṫ in bono

ꝙ amplius non potest deflecti ad mortē inferni per peccatum.

N Anima etiā pugnātis mō ex hoc affligitur ꝙ deū non habet nisi p fidem. & si haberet per spēm: facilius sustineret aduersa. Ideo tercio loco dicit Vincenti dabo māna absconditū: et dabo ei calculū candidū. & in calculo nomē nouū scriptum quod nemo scit nisi qui accipit. Et notātur hic tria que animā afflictā pfecte ponunt in gaudio eternitatis. Primū ē dulcedo diuinitatis in gustu amoris dei qui habet. & ille notat in manna abscondito. Et nō dicit absconditū ibi. sed hic ꝙdiu p fidē ambulamus. & nō per spēm. Secundū est visio aperta solidissime & candidissime siue lucidissime ueritatis. Et hec notatur p calculū candidū. ut in calculo notet soliditas. & in candore luciditas diuine ueritatis quā speculabimur. Terciū est ꝙ nomie eterno honoris & glorie hereditarie ditet nos deꝰ noster Et hoc notat in nomine nouo. quod nemo scit nisi qui accipit. quia hoc est nomē aliud a nomine huius mundi quo deus uocabit seruos suos in regno constitutos

O Ex parte aūt utriusq; fortitudo quadruplici p̄mio decorat. Et primū est pfecta pstratio eorum qui cōtra pugnant. vnde dicit in Apocal. ij. Qui vicerit & custodierit usq; in finē opera mea dabo illi potestatē sup gentes. & reget illas in virga ferrea. Gentes iste sunt mūdus & tyranni qui impugnauerunt sanctos qui in inferno in virga penaꝝ ferrea regunt ad penas ordinatas contra culpas. quādo exultabūt sancti in cubilibus suis. & exultatōnes dei in gutture eoꝝ. & gladij ancipites. i. ex utraq; pte incidentes. quia in corpore & aīa. in manibus eoꝝ.

P Scdm autē premiū habet fortitudo in signis tyrocinij sui. quia nouis quibusdā insignijs vincens decorat. Et hoc notatur Apocal. iij. ubi dicit: Qui vicerit uestiet uestimētis albis & non delebo nomē eius de libro vite. Vestis alba stola est corporis. Nō deletio aūt nominis: pfruitio eternitatis est

Q Tercium aūt hab; premiū. quia sc; fortitudine sua hic sustinuit domū dei ecclesiā. sc; in debilibus sustinēdo pro eis ne caderent in fide. Et ideo etiam in regno habebit gloriā de hoc. Et de hac habetur ibidem sic. Qui vicerit: faciam illū colūnam in templo dei mei. & foras non egrediet amplius. Et scribam sup illū nomen dei mei. & nomen ciuitatis dei mei. noue hierusalē. Colūna autem templi est qua sustinuit templum. Et quia pseuerauit sustinendo. ideo non egrediet foras amplius. Sicut dicitur Ecci. l. cap. Symeon Onie filius sacerdos magnus

qui in vita sua suffulsit domū. & in diebus suis corroborauit
teplū. Templi etiā altitudo ab ipso fundata est. quia uero ꝓ
pter iusticiam passus est:nomen dei tanꝗ memoriale eternum
scribit super eum. Et quia se murū posuit pro ciuibus sancto
rum. ideo etiam nomen ciuitatis hierusalem inscriptum conti
netur super ipsum

R Quartum autem & ultimū habet premiū corona pro
qua pugnauit. Sicut dicit apl̄us scd̄a Thimo. iiij. Bonum cer
tamen certaui. cursum cōsummaui. fidem seruaui. in reliquo
reposita est mihi corona iusticie. quā reddet mihi dominus. Et
de hac habetur Apocal̄. iij. Qui vicerit dabo ei sedere mecū in
throno meo. sicut & ego vici & sedi cum patre meo in throno
eius. Nō em̄ sedent in throno nisi coronati ad regnum.

S Sequitur id quod tercio considerandū supra diximus.
scilicet qualiter mulier hec his indumentis induitur. Breuiter
autem dicendo induitur ut maritus. & induitur ad iocundita
tem mariti. Vt maritus induitur. quia eisdem virtutibus. de
marito enim dicitur in p̄s. Dominus regnauit decorem indu
tus est. indutus est dominus fortitudinē & precinxit se virtute.
Mulier etiam decore & fortitudine induitur. ut sic de ipsa im
pleatur. quod dicitur Ecci. xvij. cap. scd̄m se deus uestiuit ho
minem virtute. Sed notandū ualde est ꝙ in indumento mulie
ris fortitudo primū est indumentū. & decor secundū. Ecōuer
so autem est in uestibus domini. quia decor precedit fortitudi
nem. nimirū. quia mulier per fortitudinē passionum uenit ad
decorem glorie. Sicut dicitur prima Petri p̄io ca. passiones &
posteriores glorias. Et scd̄a Chor̄. iiij. cap̄. Id em̄ quod in pre
senti est momentaneū & leue tribulationis nostre. supra mo
dum in sublimitate eternū glorie pondus operatur in nobis.
Et ad Roma. viij. cap̄. Si tamē cōpatimur ut et simul glorifice
mur. Existimo em̄ ꝙ non sunt condigne passiones huius tem
poris ad futuram gloriam que reuelabitur in nobis. Sed chri
stus econuerso de gloria uenit ad strennuitatem certaminis. si
cut habetur ad Philippen. scd̄o cap̄. Cum in forma dei esset
non rapinam arbitratus est se esse equalem deo. sed semetip
sum exinaniuit formam serui accipiens. & habitu inuentus ut
homo.

T Induitur aūt uestibus ad iocunditatē sui viri. ut vir eius
iocundetur in ipā. Sicut Hester. v. c. die tercio induta est Hester.

regalibus uestimentis. & stetit in atrio domus regie qd erat interius cōtra basilicā regis. et ille sedebat sup soliū suū in cōsistorio palacij cōtra ostiū domus. Cūq; vidisset Hester reginā stantē placuit oculis eius. & extendit cōtra eam aureā virgā quā tenebat manu. que accedens: osculata est summitatē virge eius. Hester abscondita interpretat̄. & significat fortē mulierem quā abscondit humanitas. Vestis aūt regalis. est uestis qua induit ipse rex Assuerus. qui beatus interpretat̄. & significat christuʒ. & hoc est fortitudo & decor indumentū eius Stat aūt in atrio celi die tercio. Primus em̄ suus dies. est dies natiuitatis sue. et secūdus est dies cōuersationis. et tercius dies est glorificatiōis sue quādo stat in atrio. Et tunc ꝑpter detersioneʒ omnis macule & uestimentū glorie placet oculis regis quē decora facie & uenusto aspectu in decore suo videbit Extendere aūt cōtra eā virgaʒ clemētie. nihil aliud est q̄ʒ exhibere sibi lumē & radiū faciei sue quia hec est virga inquā regis. et deducet oēs beatos in regnū beatitudinis eterne. Osculari aūt illā virgā est cum plenitudine amoris & pacis illud incircūscriptū lumē amplecti. & accedere ad eū cōtinue passib⁹ fruitionis. quia sancti fruunt̄ nec fastidiunt quo frui magis siciunt

A S Quartus

Equitur de secunda pte uersiculi huius. que est. Et ridebit in die nouissimo In qua cōsideranda sunt tria. scʒ risus huius mulieris. causa risus. & dies nouissimus qui est tempus risus ei⁹. Risus hui⁹ mulieris est dilatatio cordis in gaudio & iubilus mētis. & decēs quedā & grata iocūditas mētis cū distractiōe labioꝝ nō immoderata. Et de hoc habet̄ Iob. viij. Impleatur os tuū risu. & labia tua iubilo. Iubilus aūt. ut dicit Cassiodorus. est cordis gaudiū quod nec cor totum claudere. nec lingua totuʒ potest exprimere. Et hoc nihil aliud est q̄ʒ illud gaudium plenū. de quo dicit dn̄s Iohā. xvi. Petite & accipietis. ut gaudiū uestrū sit plenū. Et de quo Mathei. xxv. dicit̄. Euge serue bone & fidelis. intra in gaudiū dn̄i tui. Gaudiū em̄ semplenū huius mūdi intrat in hominē. & risus eius dolore miscetur et extrema gaudia eius occupat luctus. ut dicit Salomon Prouerbio. xiiij. Sed illud gaudiū est. scd'm apl'm prima Choꝛ. ij. quod nec oculus vidit. nec auris audiuit nec in cor hois ascendit que ꝑparauit deus diligētibus se. Tunc em̄ iuxta Isa. xxxv.

gaudium & letitiam sancti obtinebūt & fugiet dolor & gemitus que hic occupant & impediūt gaudiū. Et Apoca.xxi. Absterget deus omnem lachrimā ab oculis eorum. hoc est omnē causam lachrymarum. Et mors vltra nō erit neq; luctus neq; clamor neq; dolor erit vltra que prima abierūt. Et ideo nō mirum si os risu & labia iubilo implebūtur.

B Sed notandū valde est. ꝙ hec mulier non tm̄ ridebit de gaudio & in gaudio sanctorum in quibus iocūdatur. sed etiā deridebit eos quos hic monuit: & voce; eius audire noluerūt Sicut legitur Prouer. primo. Quia vocaui & rennuistis. extendi manū meam & nō fuit qui aspiceret. despexistis omne cōsilium meū & increpationes meas neglexistis. ego quoq; in interitu vestro ridebo & subsannabo cum vobis id qđ timebatis aduenerit cum irruerit repentina calamitas: & interitus q̄si tempestas ingruerit. quādo venerit super vos tribulatio & angustia: tūc inuocabūt me: & non exaudiam. mane ꝯsurgent & nō inuenient me. Et notantur hic ea que faciunt ꝯdemnationem reproborum. quorū primū est ꝯtemptus vocationis per verbū. Secūdum ꝯtemptus auxilij per manū. Terciū contemptus consilij de modo conuersionis. Quartum refutatio increpationū pro delictis. Et sequitur ꝯdemnatio eorum scđm partes spēales. Et prima est interitus in ablatione vite eterne ab eis hoc est cum separātur a deo. Secūda est aduentus supplicij eterni quod timebant per fidem informē & timore; seruilem. Tercia est calamitas que ꝯsistit in substractione omnis boni ab eis Quarta est diuersitas penarum interficientium & irruentiū ad modū subite tempestatis que excitatur flatu ire dei ꝑ ministerium demonū. Quintū est tribulatio. Et dicitur tribulatio a tribula. quia quasi tribula quadam terreātur & cōpcutiūtur in penis. Angustia autē est sexta pars que angit cor in verme conscientie. Vltima aūt pars est desperatio exauditionis in inuocatione dei. que pars signata est in diuite sepulto in inferno. qui guttam extremitatis digiti ad refrigerium lingue obtinere nō potuit. Luce.xvi.

C Est autem etiam hic risus triplex & derisus. Quidā quibus non ridet nec deridet mulier ista. Dicit enī Salomon ꝙ risus est in ore stulti. & hoc risu non ridet. Et est risus fraudulenti sicut legitur Prouer.x. ꝙ est qui quasi per risu; operatur scelus Et est risus consolationis mūdane. De quo dicit dominus Luce.vi. Ve vobis qui nūc ridetis: quia plorabitis. Est etiam de-

risio de qua dicit Iob .xij. Deridetur iusti simplicitas: lampas ɔtempta apud cogitatiões diuitum. Hoc est cum simplicitas iusti sit lampas & lux vite. tamen est contempta apud cogitationes diuitum huius mūdi. & ideo deridetur ab eis. His modis neqꝫ ridet neqꝫ deridet hec mulier quēquam hominū. sed modis supra dictis ridet & deridet.

D Nunc vidende sunt cause risus eius. Sunt aūt cause tribus modis sumpte. scꝫ

	Ex parte sui
Cause	Ex parte dei
	Ex parte societatis

Ex parte sui est causa quadruplex. Prima est quādo nature ei⁹ capacitas tota repletur gaudio. que hic fuit vacua nec habuit vnde gauderet. Secūda est. quia remunerabitur omne meritū ipsius. cuius remuneratōem dum hic viueret sentire ad oculū non poterat: licet crederet fide simplici. sicut exultant ministeriales tempore remuneratōis sui ministerij. Tercia est. quia etiā omne id habebit quod sperare potuit: vt etiam spes diu dilata que afflixit animam mercedem suspendij & dilationis & lōganimitatis accipiat. Quarta est. quia etiam vltra erit merces eius quā spe vel fide vel dilectione potuisset cōprehendere. Et hec quattuor simul notātur in vna autoritate domini. Lu. vi. Mensuram bonā & ɔfertam & coagitatam & supeffluentē dabūt in sinū vestrum. Bonam quo ad impletionem capacitatis nature. Conferta aūt est mensura pressa scꝫ & compressa vt magis capiat. & illa datur merito. quia centupla mercede remuneratur. Coagitata vero est quādo etiā ponderibus & ictibus & tonsionibus ponderum conficitur res mensurata. & illa datur spei & fidei & dilectioni. Sed supeffluens est infinita. quia deus ibi mensuratur quem nihil creatum capere potest. & illa datur ex solius dei bonitate & liberalitate.

E Ex parte dei etiam habet quattuor causas ridendi. Prima est visio aperta. quia sancti. iuxta psal. abscondūtur in abscondito faciei dei a ɔturbatione hominū Secūda est dilectio perfecta dei visi & habiti. & hec est pars Marie optima que nō auferetur ab ea. Luce. x. Fides em̄ auferetur & manebit visio. spes auferetur & manebit comprehensio. charitas auteꝫ nunqꝫ auferetur sed perficietur. Tercia cā est fruitio ipsius dū ɔtinue gustant dulcedinem substantie dei & inebriantur ab vbertate dulcedinis eius. Quarta cā est fruitio dei & hominis in vna

persona christi. Et hec duo notantur Luce. xxij. vbi dicit dominus. q disponit sanctis sedere super mensam suaz in regno suo vt comedant & bibant. comedant inquam dulcedinẽ substantie eius. & bibant nectar fruitõnis ex ipsius sapientie vena limpidissima que facies dei est aperte ostensa.

F Ex parte sanctorum etiam habet quattuor causas ridendi. Quarũ prima & precipua est q habitant sancti in vnum. & est eis cor vnũ & vna anima in con corditer fruendo deo. vt dicit Augusti. vnde ps. Ecce q̃ bonũ & q̃ iocũdum habitare fratres in vnũ. sicut vnguentũ in capite qd p barbam distillat ad oram vestimenti. Vnguentum aũt est vnctio dulcedinis spiritussancti penetrantis omnes & remouentis ab eis omne qd volũtati ꝯtrariatur. Est autẽ in capite deo distillans ad barbaz hoc est ad apostolicos viros qui barba viriliter agendo dicuntur: & venit fluendo largiter descendẽs vsq ad vltimũ sanctorum. qui p oram vestimenti figuratur Secũda causa est possessio cõmunis omnis boni qd habetur a singulis. & hoc facit charitas pfectissima: que ibi bona facit ꝯmunia: vt quilibet in quolibet perfecte possideat qd habent singuli. vt impleatur illud quod huic precessit in figura Actu. iiij. sc3 q nullus quod possidebat suũ esse dicebat. sed erant illis omnia ꝯmunia. & tamen distribuitur a deo dispensatore vnicuiq largiter q̃tum vnq opus est beatitudini sue. Tot em̃ & tanta gaudia que habentur in singulis a singulis quem nõ mouerent ad risum. cũ etiam minus gaudium risum inducat. Tercia causa est affectus societatis quem vnus ostendit alijs. Sicut em̃ virtutis hic est amicos inter se signa amicicie monstrare ad inuicem: ita etiam ibi monstrabit vnus alijs affectum sue societatis & amicicie. vñ Isa. xxxij. Sedebit populus meus in pulcritudine pacis & in requie opulenta. & in tabernaculis fiducie. In pulcritudine pacis quo ad vnitatem cordiũ. hec em̃ tollit bella. Et in hoc notatur causa prima. In requie opulenta quo ad ꝯmunẽ possessionem beatorũ que habẽt singuli. & in hoc notatur secũda causa. Et in tabernaculis fiducie. quia vnꝰ fiduciã amicicie ponit in reliquo. & illud est tercia causa. Quarta aũt cã est eiusdẽ societatis splendor honestatis ppetuꝰ. De qua dicit dñs Math. xiij. q fulgebũt iusti sicut sol in regno patris eoruz. Et Sapieñ. iij. Fulgebũt iusti & tanq scintille in arũdineto discurrent. iudicabunt nationes & dominabũtur populis: & regnabit dominus illorum in perpetuũ.

G Tempus autē risus huius mulieris est dies nouissimus Et consideranda sunt duo circa hoc. scilȝ quare dicatur dies. & quare nouissim⁹. Circa primū nota ꝙ dicit prima ad Thessa. quinto. ꝙ dies domini sicut fur in nocte ita veniet. Et in hoc notatur ꝙ iudicium erit sine preuisione hominū. Vnde dominus Math. xxiiij. Sicut fuit in diebus Noe: ita erit aduentus filij hominis. Sicut em̄ erant in diebus ante diluuiū comedentes & bibentes & nubentes & nuptui tradentes vsqꝫ ad eum diem quo introiuit Noe in archam: & non cognouerunt donec venit diluuium & tulit omnes. ita erit & aduentus filij hominis.

Secūdo nota ꝙ dies iudicij dicitur nox & tenebra malis. qa illis nocebit & inuoluet perpetuis tenebris. Vnde Iohel. ij. Prope est dies tenebrarū & caliginis dies nubis & turbinis. & dicitur tenebra interior. caligo autem exterior. nubes autem pena pluens sulphur & picem: que sunt pars calicis eorum. Turbo autem impetus demonum rapientium & diripientium damnatos. Vnde ibidem. Magnus em̄ dies domini & terribilis valde. & quis sustinebit eum

H Item notandū ꝙ iustis est dies lucis. quia ibi inducetur perpetua luce. Vnde Isaie. xxx. Erit lux lune sicut lux solis. & lux solis erit septempliciter sicut lux septem dierum. Et iterum Isa. lxv. Ecce ego creo celos nouos & terrā nouam. & non erūt in memoria priora. & nō ascendent super cor sȝ gaudebitis & exultabitis vsqꝫ in sempiternū in his que ego creo.

I Nouissimus autem dicitur. quia nouissimus est

In Numero
Gaudijs
Penis

Nouissimus in numero. quia nō erit amplius tempus ad merendum vel demerendum. Vnde Apoca. x. Angelus quem vidi stantem supra mare & supra terram: leuauit manū suam ad celum: & iurauit per viuentem in secula seculorum. qui creauit celum & ea que in eo sunt. & terram & ea que in ea sunt. & mare & ea que in eo sunt. quia tempus non erit amplius. Sed in diebus septimi angeli cuȝ ceperit tuba canere complebitur mysterium dei. sicut euangelizauit per seruos suos prophetas Angelus iste christus est. qui habet vnū pedem: scilȝ humanitatis supra mare passionis. Vnde ps. In mari vie tue: & semite tue in aquis multis. & vestigia tua nō cognoscūtur. supple p gratiarum actionem. Alterum autem pedem habuit super terram

§ Quartus:

id est diuinitatem super stabilitate; eternitatis vel vnū pedem sc; iusticie habet super mare. id est cor impiorum q̄d scd̄m Isa. lvij. quasi mare feruens est quod quiescere nō potest. Alterum aūt sc; misericordie h; sup terra;: hoc est stabiles & immobiles in opere domini semper. vt dicit ap̄lus ad Hebre. vi. Et iurat p̄ semetipsum: hoc est immobiliter statuit. Iurat aute; per creaturę gloriam & habitationem gloriosoru;. id est per celum & ea que in eo sunt. Et per gratiam & habitatōem gratiosoꝝ. id est terram & ea que in ea sunt. Et amaritudinē & habitantes in ea hoc est mare & ea que in eo sunt. quia ip̄e creauit electos in gloria & in gratia. & damnatos in amaritudine eterna. & tempus nō erit amplius. Sed septimus angelus cuiꝰ tuba suscitat mortuos cōplebit vniuersa. sicut est ꝓphetatū per ꝓphetas & predicatum per apostolos

K Nouissimus etia; dicitur esse in gaudijs: nō ita ꝙ post ea nō sit futurū gaudiū. sed quia gaudia illius diei incomparabilia sunt omnibus gaudijs alijs. De his aūt habetur partim Isa. lxvi. Letamini cum hierusalem & exultate in ea omes qui diligitis eam. gaudete cū ea gaudio vniuersi qui lugetis super eam: vt sugatis & repleamini ab vberibus consolationis eius: vt mulgeatis & delicijs affluatis ab omimoda gloria eius. Et notantur quattuor singularia gaudia bonorum in his verbis Primū est de coniūctione omniū bonoꝝ in vnum qui modo dispersi sunt. Et hoc notatur cū dicit. letamini cum hierusalem & exultate. Et letitia pertinet ad cor. exultatio aūt ad corpus. hierusalem autē est collectio omniū bonorum ad eterne pacis visionem pertinentiū. Secūdum gaudium est sp̄ualis consolatio lugentiū pro periculo suo & aliorum qui tūc perfecta; accipient consolationem. Sicut dicit dominus Math. v. Beati qui lugent quoniā ipsi consolabūtur. Et hoc notatur cum dicitur. Gaudete cum ea gaudio vniuersi qui lugetis super eam.

Tercium est habūdantia alimenti eterni quod instillatu; omnibus sanctis vegetat ipsos ad vitam eterna; ab vberibus matris sapientie expressum que nihil aliud sunt nisi presentia bonitatis & veritatis dei. Et hec notantur ibi. vt sugatis & repleamini ab vberibus ꝯsolationis eius. Quartū vero est affluentia deliciarum in nouis reuelationibus beatificātibus. que dominus semper noua reuelat eis in facie sua. non vt nouis venientibus vetera proijciēt. sed vt in ipso: cuius sapientie non est numerus: sine numero & sine fine: rōnem accipiant glorie. Et

hoc notatur ibi vt mulgeatis & delicijs affluatis ab omnimo-
da gloria eius. Mulgere eñi ibi nihil aliud est q̃ nouas reuela-
tiones extrahere

L Item Isa. vltimo. Ecce ego declinabo super eam: sc3 hie-
rusalem. quasi flumen pacis & quasi torrentem inundantem
gloriam gentium quam sugetis. ad vbera portabimini: & su-
per genua blandientur vobis. Q̃uo si cui mater blādiatur: ita
ego ꝯsolabor vos & in hierusalem cõsolabimini. Videbitis &
gaudebit cor vestrum: & ossa vestra quasi herba germinabunt
In his verbis notatur duo. sc3 de quo gaudebūt sancti & qua-
liter. De quo. quia de duobus que accipient a domino. sc3 ha-
būdantia pacis. quia quasi flumen declinabit super eos in ha-
bundantia pacis. Et tūc implebitur illud psal. Fiat pax in vir-
tute tua & habūdantia in turribus tuis. Accipient autem glo-
riam gentium in incomprehensibili substantia eius quā vide-
bunt. quia hec est gloria omniū gentium.

M Qualiter autem consolabuntur nos notatur in tribus.
sc3 scđm quē modum similitudinis cõsolabitur nos. & vbi cõ
solabitur nos. & scđm quid consolabitur nos. Scđm quē mo
dum similitudinis. quia dicit ꝙ portabimur ad vbera. & no-
tat similitudinem paruuli vagientis qui vt taceat portatur ad
vbera. ita dominus faciet nobis dicens. Quiescat vox tua a fle
tu. quia portaris ad vbera sapientie. scil3 veritatis & bonitatis
dei: ex quibus sugas lac beatitudinis eterne. Super genua etia3
& notat similitudinem. quia paruulus plorās ponitur ad ge-
nua matris: ita dñs habet genua quibus nos eleuat ad blandi
endum nobis. sc3 eternitatis incõmutabilitatem. & stabilita-
tem immortalitatis & impassibilitatis. Blanditur aute3 vt ma
ter. In quo notat certitudinem dilectionis sue ad sanctos: ita ꝙ
nõ patietur vt tangat eos quicq̃ aduersitatis

N Vbi aūt consolatur. quia in hierusalem: in coniūctõne
sc3 omniū beatorū. vt tanto gratior sit consolatio quanto nul
lus omniū remotus est a nobis pro quo simus solliciti. Itē tan
to acceptior sit nobis consolatio: quāto coram multis ipsa cõ
solatione honorificamur a deo. quia qui christo ministrat hic
honorificabit eū pater suus qui in celis est

O Scđm quid aūt consolatur. quia videbimus ad oculū
interiorē & exteriorē. sc3 ad interiorē diuinitatē & ad exteriorē
gloriā humanitatis tm̄. & cor nostrum gaudebit. & ossa nostra
arida quidem primo in sepulcris per immutationem gloriose

resurrectōnis germinabūt vt herba virens in eternum.

P Est etiam dies ille nouissimus in penis. non sic autem ꝙ postea nō sint future pene. sed quia sunt finis & consummatio omniū penarum. Pene ille sunt tales ita ꝙ vltra eas non erit pena maior eis. Sunt aūt ille pene distincte penes quattuor. scilꝫ

Penes
- Modum resurgendi
- Resurgentes
- Iudicium
- Carcerē in quem detrudentur

Et hec quattuor notātur Isa. xxiiij. Formido & fouea & laqueꝰ sup te: q habitator es terre. Habitator terre est impius resurgēs qui manebit in terra quā dilexit cum sancti rapientur in nubibus obuiam christo in aera: & sic semper cum dn̄o erūt. prima ad Thessa. iiij. vn̄ ꝑ hoc notatur pena resurgētis: de qua postea dicemus. Formido aūt erit iudicij. & ꝑ hoc notātur pene q̄ sumentur penes iudicium. Laqueus aūt est in modo resurgendi. quia cū alij sunt immutati in gloriā. isti resurgūt ligati laqueo in opprobriū eternū vt videāt semꝑ. Fouea aūt est carcer inferni in quem detrudentur

Q Sunt aūt in modo resurgendi pene innumerabiles. sed tres sp̄ales & maiores alijs. Quarū prima est acceptio corporꝝ ignitorꝝ & incensorꝝ igne inferni in qbus an̄ nō cruciabantur. quia nō habebant. Secūda est bellū ꝯtinuū corporis ad aīam & anime ad corpus. Tercia est desideriū mortis perpetuū sine morte. De prima habetur Amos. iiij. Iurauit dn̄s deus in sancto suo. quia ecce dies venient sup vos & leuabūt uos in cōtis & reliquias vestras in ollis feruentibus: & per apturas exibitis altera ꝯtra alterā. & ꝓijciemini in armon. Iuramētū dn̄i est immobile decretū iudicij. Tūc demones tortores leuabunt dānatos in cōtis. Est aūt cōta instrumentū quo macellarij leuāt boues excoriatos intrudentes lignū per neruos cruriū posteriorꝝ & ita leuātes suspendūt ad dissecandū. & illud lignū qd̄ sic intrudūt ꝑ neruos cruriū dicit̄ cōta. Et significat vinculū quo ligātur damnati ad supplicia. Reliqe aūt sunt ossa q̄ erūt in olla & est integritas corpis in q̄ resurgent & feruēt in ipsa sicut olla Apertura aūt vna erit sepulcri & exibit corpus: & altera apertura erit inferni & exibit anima. Altera ꝯtra alteraꝫ. hoc est aīa ꝯtra corpus: & ꝯiungentur & ꝓijcientur in armon: qui interp̄tatur anathema meroris. Et signat infernū cuꝫ damnatis qui sunt anathematizati a deo & in merore eterno

Ayn Capłm xvi.

R De secūda pena que est bellum ɔtinuū corporis ad animam & ecōuerso. eo ꝙ corpus conuiciatur anime ꝙ ipsā debebat regere ipsum ad bonum & direxit ad malum. anima autē corpori econuerso ꝙ delectationes corporales seduxerūt eam & ꝙ prona fuit ad malum caro omni tempore: ad bonū autē pigra & infirma. De hac inquā pena habetur Iob.xxx. Nunc autem in memetipso marcescit anima mea. & possident me dies afflictionis. Nocte os meum perforatur doloribus. & qui me comedunt non dormiunt. In multitudine eorum consumitur vestimentum meū. & quasi capicio tunice succinxerunt me. comparatus sum luto & assimilatus sum fauille & cineri. Anima em̄ marcescit quando tedium habet corporis & econuerso. & est in possessione afflictionis quando afflictio dominatur in corpore & anima. Et dicit̄ possessio quasi positio pedum. quia tūc afflictio vtrūq; pedem profunde & grauiter infigit. sc; confusionis & doloris. quia isti sunt duo pedes afflictionis: Os autem ponitur pro robore corporis quod perforatur verme conscientie quo anima mordet corpus. Et iterū qui comedunt animam econuerso non dormiūt. a quorum multitudine consumptum est om̄e vestimētum virtutis vt sit etiā ibi confusio nuditatis: vt ignominiam peccati nō operiat decor virtutis. quemadmodum fit in sanctis per penitentiam de lentibus peccata sua. Vermes autem isti succingūt: hoc est strangulant corpus & animā mutuis & vicarijs improperijs. & assimilatur luto vilissimo corpus in fetore suo. & anima fauille leui que plena est igne eterno. vtrūq; autē cineri in quibus dominatur ignis

S De tercia aūt pena que est desiderium mortis perpetuū sine morte: habetur Apoca.ix. In diebus illis querēt homines mortem & non inuenient eam. & desiderabunt mori: & mors fugiet ab eis. quia sc; tanta discordia erit inter animam & corpus ꝙ libentissime separarētur si fieri posset. sed ꝑ iudicium iustissimū dei simul tenentur. vt sicut simul peccauerūt: ita etiā simul puniantur

T Accipiūtur aūt penes resurgentes pene innumerabiles sed precipue in corpore accipiūtur quattuor maiores. & in anima tres. Et ille quidem que sunt in corpore sunt fetor & passibilitas corporis. Secūda autē grauitas & ponderositas ipius & ignobilitas. Tercia āt tetra ipi⁹ obscuritas & opacitas. Quarta vero est aīalitas ipoꝝ & carnalitas. De prima habet̄ Amos. iiij.

Ascendere feci putredinē castroꝝ uestroꝝ in nares uestras. Ca-
stra dicunt̄ dānati q armauerūt se cōtra deū. Et Isa. ultio. Egre
dient̄ & videbunt cadauera eorum qui preuaricati sunt in me
Sancti egredient̄ passibus cōtemplationis. & videbūt decorē
iusticie vindicātis in cadaueribus. i. corporibus cadentibus in
uermes fetoris & putredinis sue. Et Isa. xiiij. Proiectus es de se-
pulcro tuo sicut stirps inutilis. & sicut sanie pollutus & obuo
lutus. Hoc uericat̄ in die nouissimo qn̄ impij corpꝰ malis gra-
tibꝰ suis eijcit̄ de sepulcro. sicut stirps inutilis q̄ boni fructū ut-
lē in vitā eternā nō attulit. & sanie fetoris sui polluit̄ & obuol-
uit̄ in ꝑpetua secula sub sanie collocandum. Et hec sanies est in
mundicia peccati que inficit ipsum.

V De secūda uero pena q̄ est ponderositas. habet̄ Exo. xv.
Descenderūt in ꝓfundū quasi lapis. Et iterū. Submersi sunt q̄si
plumbū in aquis uehemētibus. Aque aūt uehemētes sunt pe-
ne duriter ꝯcurrētes. Et hoc est quod dicit̄ in Apocal̄. xviij. c. Et
sustulit vnus angelus fortis lapidē magnū quasi molarem. &
misit in mare dicens. hoc impetu mittet̄ Babilon ciuitas illa
magna supple in infernū. & ultra iam non inueniet̄. Bene acci-
pit molarē. quia in mūdo uoluit nisi molere terrena opa. s. fa-
cere. & in mare mittit. quia hoc est amarū & magnū. In ponde
re ipsi impij graues sunt. & deo maiori impetu descēdunt in ꝓ
fundū inferni Hec autē grauitas nō est molis. sed peccati. qđ ut
dicit Isaac phūs grauabit eos & deprimet eos sub tristi orbe in
ferni ut amplius non inueniantur

X De tercia aūt pena corpis que ē tetra obscuritas & opa
citas corpoꝝ eoꝝ. habet̄ in ꝓphetia Isa. xiij. Facies ꝯbuste vul-
tus eoꝝ. Et Treno. iiij. Denigrata est sup carbones facies eorū.
et nō sunt cogniti in plateis. adhesit cutis eoꝝ ossibus aruit. &
facta est q̄si lignum. Denigrata quia sunt ticio ignis inferni. &
torris fumās in incēdio qui denigrari pt̄. sed nō illuminari. qa
ignis ille nō illuminat sed ꝯburit & denigrat. ꝙ autē dicit nō
sunt cogniti in plateis. sensus est ꝙ intantū ducunt̄ ad aliū co-
lorem a pulcritudine quā habuerūt hic dū nutrirent & colerēt
carnē suam in delicijs. ꝙ in plateis nō cognoscerent̄ etiā si vide
rent̄. Tunc em̄ dyaboli deformitas obtinebit facies eoꝝ. & nō
color humanus. Cutis adheret ossibus squalore macici. quia
pinguedo epularum & ingurgitationū ibi remouebit̄. & fit q̄
si lignū aridum. quod est cibus ignis eterni.

Y De quarta aūt pena que est animalitas ipsoꝝ. & carnali-

tas corporis eorum. habet̄ prima ad Chorꝝ. xv. ubi dicit ap̄ls ꝙ canet tuba p̄coniȷ̄ domini uocantis mortuos. et mortui re-surgent incorrupti. quo ad numerū menbrorꝝ omniū. Sed tm̄ nos. hoc est sancti. immutabimur. tunc patet ꝙ in aliȷs nō erit immutatio. sed animalitas & carnalitas & grossities eorꝝ ma-nebit in corporibus eorꝝ. non ita ꝙ cibis sint sustentādi ut pri⁹ fuerunt. sed ut sint ignobiles non sp̄ūales. & ut sint cremabiles igne inferni. Et hoc est q̄d dicit Aug⁹. in de ciuitate dei. ꝙ igno bilitas non tollet̄ a corporibus damnatorꝝ. Et hoc ueruȝ est de ista ignobilitate

Aa Sunt tres pene q̄ inueniunt̄ in ipsis maiores aliȷs quo ad animā. Et prima quidē. quia ꝓ visione fruitionis diuine ac cipiunt uermē cōscientie. quia visa in corde peccata continue mordēt dente immortali & acuto. Et de hac habet̄ Isa. vltimo Vermis eorꝝ nō morief. & ignis eorꝝ nō extiguet̄. & erūt usqȝ ad sacietatē visiōis om̄i carni. hoc est electis qui dicunt̄ hic oīs caro. quia sunt ꝑfecta caro. quia glorificatā habēt carnem. que gloria est ꝑfectio carnis humane. quia ad hoc est creata a deo. Et Isa. xiiȷ. Subter te sterneť tinea. & operimentū tuū erunt uer mes. Tinea est que nascit̄ de ipsis dānatis expectatio eorꝝ. & est uermis ꝯscientie. Vermes sunt sp̄ūales remorsiones de obmis-so bono & ꝑpetrato malo

Bb Secūda autem est odiū inuidia & ira quib⁹ replent̄ lo-co dilectionis sanctorꝝ in patria. Ad se inuicē habent odiū. Irā autem cōtra deum iudicem eorꝝ Et inuidiā contra sanctos dei et electos regni eius. Et de hoc habetur Ezechie. xxxiȷ. Descende runt in infernū cum armis suis. & posuerunt gladios suos sub capitibus suis. & fuerunt iniquitates eorꝝ in ossibus eoruȝ. Ar-ma em̄ iracundorꝝ sunt ira & odium & mala uoluntas & in-uidia. que sunt peccata que non abscidit mors. sed etiam rema nent in inferno. ut dicit glosa. Gladiȷ autem quibus impugna bunt se sunt maledictiones & blasphemie. vnde etiaȝ sequitur ꝙ inique uolūtates sigillate sunt in ossibus eorꝝ. hoc est in me-dullis cordium suorꝝ. Et in Apocal'. xvi. cap̄. Estuauerunt ho-mines estu uehementi. & blasphemauerūt nomen dei habentis potestatem sup̄ has plagas.

Cc Tercia autem pena in anima. est peruersio intellectus et rationis. quia uerum quidem cognoscunt. sicut etiā demo-nes. & tamen cōtra ueritatem ꝓteruiunt & certant. Et ideo di-

cit Dyonisius q phantasiā siue rationem habent proteruā. Et de hoc habet in euangelio Mathei. xxij. ubi iubet dominus seruū nequā eijci in tenebras exteriores. Et dicit ibi Augustinus. Quia ante fuit etiam in interioribus. & tenebre interiores sunt in ista pteruitate contra ueritatem. & ignorantia dei quā non vident. Et ideo dicitur Amos. v. c. Nunquid non tenebre dies domini. & nō lux & caligo. & non splendor in ea. Tenebre dicit propter exteriores tenebras & caligo propter interiores. Et iste sunt ex parte anime

Dd Sunt autem ex parte iudicij sex q̄ sunt

- Terribilis intuitus iudicis horribilis.
- Manifestatio omnium peccatorum.
- Iudicis increpatio dura.
- Condemnationis sententia
- Separatio a societate omniū bonorum & a deo.
- Coniunctio ad consortium reproborum

Ee Prima pena est tanta q potius uellent operiri montibus q̄ videre filium in forma serui iudicantem. & tamen necesse est videre. vnde Mathei.. xxiiij. cap. Tunc plangent omes tribus terre. & videbunt filium hominis uenientē in nubibus celi cum virtute multa & maiestate. Et Apocal. primo. Ecce ueniet in nubibus. & videbit eum omnis oculus. & qui eum pupugerunt. & plangent se super eum omnes tribus terre. Et Luce. xxiij. cap. Filie hierusalem nolite flere super me. sed super uosipsas flete. & super filios uestros. Quoniā ecce uenient dies in quibus dicent. Beate steriles & uentres qui non genuerunt. et ubera que non lactauerunt. tunc incipient dicere montibus cadite supra nos. & collibus operite nos

Ff Secunda uero pena est manifestatio omnium peccatorum. vnde Daniel. vij. cap. Throni positi sunt. & antiquus dierum sedit. uestimentum eius candidum quasi nix & capilli capitis eius quasi lana munda. thronus eius flamma ignis. rote eis ignis accensus. fluuius igneus rapidusq; egrediebatur a facie eius. milia milium ministrabant ei. et decies centena milia assistebant ei. Iudicium sedit. & libri aperti sunt. Antiquus enim dierum est deus qui creauit omnia tempora. & est post

om̄ia & sup̄ om̄ia. nō tamen antiquatur uel senescit. Sed anti-
quus dicit ꝓpter sapientiā gubernandi & iudicandi. hic ha-
bet thronum ut flāma ignis. quia in igne ueniet dominus ad
iudiciū. ut dicit̄ Isa. lxvi. Fluuius aūt igneus est ignis ille quo
exuret̄ facies mūdi. qui tunc in uoluēdo secum trahet ad infer-
nū damnatos. Vestes aūt dei sunt apostoli. qui adheserūt capi
ti nostro christo ministrātes. Et assistentes sunt angeli. qui secū
erunt in iudicio. Libri aūt sunt cōscientie omniū que tūc ape-
rientur. Sicut dicit apl's ad Roma. ij. In die cū iudicabit domi-
nus occulta hominū scd'm euangeliū meū p iesum christū. Et
prima Chor. iiij. ca. Nolite ante tempus iudicare quousq; ue-
niat dominus qui illuminabit abscondita tenebrarū. & mani-
festabit cōsilia cordium. & tunc laus erit vnicuiq; a deo.

Gg Tercia uero pena est durissima increpatio iudicis. que
scribit̄ Mathei. xxv. Esuriui & nō dedistis mihi māducare. Siti
ui. & nō dedistis mihi bibere &c̄. Auctoritas em̄ sup̄ notata est

Hh Quarta pena est cōdemnationis sentētia. que contine
tur ibidē. cum dicit̄ Ite maledicti in ignem eternū. qui paratus
est dyabolo & angelis eius

Ii Quinta aūt pena est sep̄atio a societate omniū bonorū
et a deo. vnde ibidē. Statuet oues a dextris. hedos aūt a sinistris
Oues a dextris. quia ipsi sunt filij dextere. sicut Bēiamyn. et ibi
est locus filij. sicut habet̄ in p̄s. Sede a dextris meis donec ponā
inimicos tuos scabellū pedū tuorū. Sed sinistra est in terra ut ppe
tuo dn̄et̄ eis scabellaris subiectio. vn̄ etiā apl's dicit pri. ad Thes
sa. iiij. q sancti rapient̄ obuiā christo in aera. & sic semp cū dn̄o
erunt impijs in terra remanētibus quā dilexerunt

KK Sexta pena est ꝯiunctio ad societatē reproborū q nul
lo affectu se inuicē diligūt. vn̄ Iob. xli. Corpus eius. hoc est le-
uiathan. q signat dyabolū. q̄si scuta fusilia ꝯpactū squamis se-
se p̄mentibꝰ. vna vni ꝯiungit̄. et in spiraculū qdē incedit. et p
eas vna alteri adherebit et tenētes se nequaq̄ sep̄abunt̄. Corpꝰ
dyaboli sunt oēs dānati. q sunt q̄si scuta fusilia. ne iaculis diui
ni amoris possint vulnerari. Cōpactū aūt est. quia nō tm̄ con-
iungunt̄ dānati. sed etiā colligari legunt̄. ut ex strictura etiā pe
nā habeāt Sunt squame q duricia obstinate uolūtatis ꝯtra deū
pugnauerūt. et vna alteri adheret. quia qui sil'es sunt in culpa.
sil'es etiā sunt in pena. et ita nō sep̄ant̄. Gladius aūt anceps. i. ex
utraq; p̄te acutus in corpus. s. et in aiam. est sentētia iudicis. qa
colligat dānatos. ut sicut fuerūt socij i culpa. ita sint sil' in pena

§ Quartus

Ll Decez autem sunt excellẽtiores pene in carcere

Calor ignis interius & exterius ardens
Frigus interius & exterius ꝑsequens
Tenebra exterior & interior
Fetor laci
Horror societatis q̃ est in loco illo
Presentia faciei demonis perpetua
Cathene stridentes & urentes
Stridor dentium
Fletus oculorum
Et ipsius carceris captiuitas

Calor ignis erit ibi ad lrãm. sed ille ignis calidior est in immẽ-sum q̃ noster ignis. nec est lucens. sed tantũ ardẽs. nec tantũ cõburens corpus. sed & aĩam & corpus. nec ꝯsumẽs substantiam sed in eternũ ꝑsequens peccatũ & incendẽs in corpore & aĩa. & hec est expositio Basilij sup illud ps. Vox dñi intercidentis flã mã ignis. vox dñi. i. p̃ceptũ dñi. intercidẽtis. i. diuidẽtis. flam-mã. i. lucez. ignis. hoc est ab ardore ignis. ut lux subseruiat san-ctis superius. calor aũt ꝑsequat̃ iniustos inferius. vñ Deutero. xxxij. Ignis succẽsus est in furore meo. & ardebit usq; ad infer-ni nouissima. deuorabitq; terrã cũ germine suo. & montiũ fun-damẽta ꝯburet. Terra sunt terreni. i. peccatores. mõtes aũt sup-bi. fundamẽta aũt ipsoꝝ iniqua uolũtas. que ꝑsequit̃ ignis in-ferni. & Isa. xxx. Prepata est ab heri thopet. a rege p̃parata pro-funda & dilatata. nutrimentũ eius ignis & ligna multa. Flatus dñi sicut torrens sulphuris succẽdẽtis eam Tophet est uallis q̃-dam. & ponit̃ pro inferno que p̃parata est ab heri. hoc ẽ a prin-cipio creature. quia inter cetera opera sex dieꝝ etiam gehenna creata est. & prepata a rege iusticie deo q; in ipsa dormiat om-ne q̃d sibi obstat inique. Profunda autez est. quia in corde terre dilatata ut omibus dãnatis sufficiat. Nutrimẽtũ in quo pascit̃ infernus est ignis ꝯburens. nõ illuminãs. & ligna. i. dãnati ari-di virore gratie. & sunt multa. qa dicit̃ Math. xx Multi sunt uo-cati. pauci uero electi. Flatus aũt dñi est ira eius & imperiuz. & illud imperiũ iusticie vindicãtis succẽdit eã ut ardeat sicut tor-rẽs sulphuris quod fetet in ardore. quia etiã damnati in ardore pene sentiunt in quo fetore peccati vitam cõsumpserunt

Mm Secũda pena est frigus intus & exterius ꝑsequens & ipsum. sed nõ mitigans calorẽ. sicut videmꝰ in febricitãte qui maximo calore adurit̃. & tamẽ frigus etiaz sentit interim. & de hoc habet̃ Iob. xxiiij. ca. Trãsibunt ab aquis niuiũ ad calorem

niuiū. non ita ꝙ niues ibi sunt future. sed niuiū aque ponun-tur pro frigore multū nocente. vnde etiam sicut legit̄ Exodi. ix ꝙ ignis & grando mixta pariter ferebant̄. Et Sapien̄. xvi. cap̄. Negantes nosse te impij. per fortitudinē brachij tui flagellati sunt niuis aquis & grandinibus & pluuijs persequutōem pas-si sunt. & ꝑ ignem ꝯsumpti. ꝙ enim mirabile erat in aqua que omnia extinguit plus ignis ualebat. vindex em̄ orbis terrarū iustorū. grandines & pluuie & niues non erunt in inferno. Sed per talia significant̄ impetus irruentis frigoris in dānatos. q̄d inquā frigus vindex est iustoꝝ mandatoꝝ dei. que trangressi sunt damnati. vnde habet̄ Sapien̄. v. Accipiet armaturā zelus dei. & armabit creaturā ad ultōem inimicoꝝ. Induet pro tora-ce iusticiam. & accipiet pro galea iudiciū certum. Sumet scutū inexpugnabile equitatē. acuet autem durā irā in lanceā. & pu-gnabit cum illo orbis terraꝝ contra insensatos. Ibunt directe emissiones fulgurū. & tanq̄ a bene curuato arcu nubiū exter-minabunt̄. & ad certū locū insilient Hic notatur modus cō-dēnationis impiorum. zelus em̄ iusticie dei cogit deum ad cō-dēnandū. Instrumentū aūt pene est creatura ab ipso creata. quā armat in vltionem inimicoꝝ. quādo dat ei potestatē & virtu-tem nocendi & affligendi. sicut igni & frigori & tenebris. & hu-iusmodi. Ne aūt dn̄m ledere possit reprehendēdo iusticiā con-dēnationis: ipse dominus induet iusticiā. quia iudicabit iuste. et iudiciū sententie erit rectū. & scutū in quo extinguūt̄ blasphe-mie murmurantiū cōtra iudicium suum erit equitas. quia po-nunt penam contra culpam. & primū erit ira non cōturbatio mentis. sed infligens penas que ꝑforat & trāsfigit scd̄m interio-ra eoꝝ ut lancea. Orbis terraꝝ. hoc est mundus pugnabit cū ipso cōtra illos. quia quicquid est ignobile in elemētis mundi sicut calidū frigidū tenebrosum. & huiusmodi: totū diuident a se elemēta. & ministrabūt inferno. ut per illa crucient̄ reprobi Emissiones aūt fulgurum sunt irruentes pene ab ira dei immis-se & ꝓfunde ipse vitalia anime vulnerāt. sicut sagitte ueniūt ab arcu nubiū. bene hoc est fortiter curuato. & insiliunt ad certū locum. quia ad locū culpe. Sagittarius em̄ ille non iacit sagit-tas in incertū. sed semꝑ tangit signum. quia sapientia sua diri-git telum. Item Sapien̄. v. ca. A petrosa ira plene mittent̄ gran-dines. & candescet in illos aqua maris. & flumina concurrent duriter. Contra illos stabit spiritus virtutis. & tanq̄ turbo uen-ti diuidet illos. Ira dicitur petrosa. quia petras grandinis emit-

tit. et dicitur petra grandinis. data pena impetuose irruens. Dicitur aũt aqua maris. nunc eterne amaritudinis multa et nunc quiescens ut aqua maris candescere in illos. id est penetrare interiora iecoris & cordis eorꝝ sicut fluuius cochiti & flegetõtis. et hmõi. qui significãt continuã successionẽ penarum inferni ut noue pene nouis supueniant. & tamẽ ueteres nunq̃ pterfluendo deficiant. & ideo dicunt̃ cõcurrere duriter. non ptercurrere. virtutis aũt spũs est fortis flatus uenti qui succendit ignẽ Turbo aũt diuidens est flatus ducens in cõtrarias penas. scilicꝫ frigus & calorem. Turbo em̃ prouenit ex uentis sibi ecõtrario et e regione obuiantibus

Nn Tercia pena est tenebra interior & exterior. & de hac habet̃ in euãgelio Mathei. xxv. ubi iubet dominus ligatũ manibus & pedibus. proijci in tenebras exteriores Treno. iij. cap. Me minauit & adduxit in tenebras. & nõ in lucem. Et Iob. xvij cap. In tenebris straui lectulum meum. & he tenebre significantur p tenebras egypti. que dicuntur fuisse palpabiles. Sapiẽn. xvij. cap. dicitur de illis. q̄ ignis nulla vis poterat illis lumen prebere. nec syderum limpide flamme poterãt illuminare noctem illam horrendã. Ignis em̃ ille non illuminat. ut dictũ est. sed adurit. Syderum aũt limpide flamme. ut dicit Isa. tunc stabunt & non lucebunt damnatis.

Oo Quarta autem pena carceris est fetor laci. vnde Iob xvij. ca. Putredini dixi. pater meus es. mater mea & soror mea uermibus. fetor autem non debet sic intelligi q̄ fiat exalatione alicuius putredinis. quia non putrescunt ibi corpora. sed ignobilitas illa que congregabitur in lacu dicit̃ putredo. & morsiones siue puncture penarum dicuntur vermes. zacharie. ix. Emisisti vinctos de lacu in quo non erat aqua. & loquitur de redemptis de inferno. & uocat aquam refrigerium consolationis que non est ibi

Pp Quinta pena est horror societatis illorꝝ. qui in loco illo congregant̃. Horror aũt ille generat̃ ex inimicicia eorꝝ ad inuicem. de qua supra dictũ est. Et dicit̃ Treno. v. & loquitur ibi Hieremias in psona damnatorꝝ dicens. Pellis nostra quasi clibanus exusta est Vnde etiam se inuicẽ deridere legunt̃. & conuiciari. de quo habet̃ Isa. xiiij. c. quãdo Nabuchodonosor uenit ad inferos q̄ sibi ꝯuiciando receperũt eum. Infernus subter te cõturbatus est in occursum aduẽtus tui. suscitauit tibi gygãtes hoc est demones potẽtes & fortiter torquẽtes. Om̃es principes

terre surrexerūt de solijs suis. oēs principes nationū vniuersi respōdebunt & dicūt tibi. Et tu vulneratꝰ es sicut & nos. nr̄i similis effectus es. detracta est ad inferos sr̄bia tua. & cōcidit cadauer tuū. Infernus dicit̄ hic habitātes in inferno. & ponit̄ cōtinens pro cōtento. qui occurrerūt ꝯuicijs ad damnatū iniquū regem. & suscitauerūt ꝓuocatione inique uolūtatis. Gygātes hoc ē fortes demones cōtra eū. qa placuit eis & rogāt ut acrioribus penis puniat̄. Insup etiam reges & principes qui nunq̄ solia ꝓ abusu dignitatis sue in inferno acceperāt. in derisū surrexerūt. & primates nationū. qui primi etiā frequenter sunt in penis inferni. rn̄derunt & dixerunt ei cōuiciando ꝙ fortitudo eius vulnerata & occisa est. & sr̄bia in infima inferni detrusa. et corpus quod multis delicijs excolere ꝯsueuit: in cadauer fetens cecidit. Nec est cōtra hoc ꝙ diues sepultus in inferno sollicitari videt̄ de salute fratrū. quia nō ꝓpter amorē fratrū. sed ut minus ipse arderet. si fratres a criminibꝰ ad que ipse eos induxerit: absoluerent̄. Vel ut nō sustineret ꝯuicia ipsoꝝ. improperātium sibi. ꝙ ad vicia docuerat & vulnerauerat ipsos. Vel ut uerius dicit Augꝰ. Hic ꝯpulsus fuit dicere ꝓpter exēpla viuentiū ut magis credant scripture q̄ etiā mortuis resurgētibus

Qq Sexta pena est p̄sentia faciei demonis perpetua. Sicut em̄ sancti assistunt ante faciē dei: ita dānati vident facies demonū. qui eas affligunt in penis. Et facies illa describit̄ in Iob. xli. Sternutatio eius splendor ignis. & oculi eius ut palpebre diluculi. de ore eius lampades ꝓcedunt. sicut tede ignis accense. De naribus eius ꝓcedit fumus sicut olle succense atq̄ feruētis Halitus eius prunas ardere facit. & flāma de ore eius egredit̄. In collo eius morabit̄ fortitudo. & faciem eius p̄cedit egestas. Sternutatio demonis est excussio uaporꝝ multiplicatorꝝ in cerebro. & cerebrū machinatōes inique sunt. Sternutatio aūt que egredit̄ a tali cerebro est pessimus tonitrus malignādi. & est splendor ignis. nō a fulgore. sed a terribilitate & crematōne. & quia euidens est malicia ipsius. Oculi aūt eius quibus aspicit ad malū sunt magni & rubicundi ut palpebre diluculi que sunt rufe. & significat ira in intuitu demonū. quia iracūdi rubescūt oculis. Os aūt quo loquit̄ ad animas emittit lampades. quia incēdit animas & cogitatōes in malū. & sicut tede fumātes & in igne succense ab igne. De naribꝰ aūt. hoc ē capite suo. in quo discretio esse deberet: ꝓcedit fumus demētis cōcupiscentie. & furoris irrationabilis. Et halitus inique uolūtatis .i. sp̄us. facit ardere

prunas. hoc est impios igne infernali succensos: qui tamē sunt terrestres. quia prune sunt de natura terrestri ignite: Collū autē est ceruicosa superbia ipsius in qua est fortitudo. quia plus audet superba temeritas ꝙ possit explere: & egestas omnis boni ꝑcedit faciem eius. qa illi qui sunt ante faciē eius priuant omi bono: & implicātur omī malo.

Rr Septima pena est cathene stringentes & vrentes & prementes. & ille cathene vocātur rudentes inferni a Petro in secūda canon. ij. vbi dicit. Si deus angelis peccātibus non pepercit sed rudentibus inferni detractos in tartarū tradidit cruciādos in iudicium reseruari. Sunt aūt cathene iste nihil aliud ꝙ vincula spūalia quibus impij ligātur ad penas ex culpis suis: que significātur Hiere. xxvij. Fac tibi vincula & cathenas: & pones eas in collo tuo. & mittes eas ad regem Edom & ad regē Moab & ad regem filiorum Amon. & ad regem Tyri. & ad regem Sydonis in manu nūcioꝝ qui venerūt in hierusalem. & ad Sedechiam regē iuda. Ibi nominātur sex genera hominū que vinculari debent in inferno. Edom em̄ sanguineus interpretat̄ & significat illos q in seculo voluptati carnis deseruiūt. & illi sunt precipue clerici seculares qui delicias carnis sequuntur. Moab autē interpretatur ex patre. & significat malos religiosos qui exempla perditionis precipue ex patre habent. quia prelati religionū pre omnibus sunt in cōcupiscentie sepulcris sepulti in deserto religionis. Verūtamen Loth qui declinans interpretatur genuit Moab ex corrupta filia sua in monte. Mons autē religionis est eminentia in qua prelati precipue corrumpūt filias. id est subditos carnales. quādo ex eis generant per exemplum opera perditionis que discipuli habent a patre. Amon aūt interpretatur populus inutilis. & significat plebeios homines qui etiam fraude & dolo vadūt in baratrū. Tyrus autē interꝑtatur angustia. & significat viuentes in matrimonio malos. De quibus dicit apostolus ꝙ tribulatōem carnis habebūt huiusmodi. Sydon aūt interpretatur venatio. & significat nobiles huius mūdi. qui sunt robusti venatores pauperū. vnde sunt de genere Nemrot: & etiam cum ipso ligabūtur in penis. Rex aūt israel significat hipocritas pallio dei opertos qui videntur soli esse reges & magistri in israel. & tamen propter lupinū cor intrinsecus damnātur & ligātur in penis. & ita omēs ligātur mali. De hoc dicit Bernar. Horreo vermē nō morientem. manuūq; ac pedum dira vincula & pondus cathenarum.

prementiū stridentium vrentiū: nec tamen ꝯsumentium.

Ss Octaua pena est stridor dentium. Et nona fletus oculorum. De quibus habetur in euangelio. Math. xxv. Ligatis manibus & pedibus proijcite eum in tenebras exteriores: ibi erit fletus & stridor dentium. Nec debet ita intelligi ꝙ oculi emittant lachrymas. quia hoc nō erit ibi. sed sic plorabūt amarius. Stridor aūt dentiū est effectus frigoris.

Tt Decima aūt est captiuitas carceris. Vnde psal. Foderūt ante faciē meā foueā & inciderūt in eam. Per malum em̄ exemplum foditur fouea inferni & incidūt in eam illi qui malū exemplum dant infirmis.

A Capitulū. xvij. § primus

He Os suum aperuit sapientie. et lex clementie in lingua eius

P Phe interp̄tatur exorte vel eructuatio. & scd̄m hoc alludit sentētie versus. quia in verbis sapiētie eructauit cor suū verbū bonū. & ipsa dicit. & attribuit opera sua regi & lingua oris sui est calamus scribe quo spūssanctus scribit in tabulis cordis carnalibꝰ. & scribit velociter. qa sermo mulieris huiꝰ tāto faciliꝰ capitin auditoribꝰ q̄to hec mulier: id qd̄ facit probat p̱ opus que etiam regi attribuit. vt videntes opera sua nō eam sed patrē qui in celis est regem regū glorificent & laudent mirabilem in sanctis suis.

B Seqtur ꝯsideratio sentētie versus. que in duobus ꝯsistit sc3 in aptione oris ad sapientiā. & in lege clementie q̄ est in lingua ipiꝰ. Est aūt duplex os. sc3 os cordis. & os exterius in facie De vtroq3 istoꝝ dicit dn̄s. Math. xv. Nō qd̄ intrat in os coinquinat hominē. sed qd̄ ꝓcedit ex ore hoc coinquinat hoiem Et dicit ꝙ ea q̄ ꝓcedūt ab ore a corde exeūt. vt furta blasphemie & hmōi. Vbi dicit Augꝰ. ꝙ om̄e peccatū exit ab ore cordis qd̄ inquinat hominē. Cibus aūt intrat p̱ os exterius: & ille nō inquinat hominem.

Os aūt cordis quinq3 modis aperitur Sapiētie sc3: Considerāde, Addiscende, Meditande, Gustande, Alloquende

Sapiētie ꝯsiderande aperitur os qn̄ ꝯsideramus p̱ cordis inten

tionē pulcritudinē sapiētie. sicut Sapien̄. vij. dr ꝓposui illā re
gnis & sedibus. id est thronis. diuitias nihil esse dixi in ꝯpatiōe
illius. nec ꝯparaui illi lapidē p̄ciosum. qm̄ om̄e aurū in ꝯpara
tione illi⁹ exigua est arena. & tanq̄ lutū estimabitur argentū in
ꝯspectu illius. Itē ibidē. Est em̄ sapiētia speciosior sole. & super
omnē dispositōnem stellarꝝ luci ꝯparata inuenit prior. Illi em̄
nō succedit nox. sapiētiā aūt nō vincit malicia. ille em̄ solus re-
cte estimat sapiētiā q nihil in celo. nihil in terra ꝯparat ei. Sicut
dicit p̄s. Quid em̄ mihi est in celo: & a te quid volui sup terrā
Et hec est sapiētia fili⁹ dei: dulcedo cordis: & iubilus mentis. s.
filius dei verbū patris. & notitia ipsius. qa sicut dicit Sapie. vij
Neminē diligit de⁹ nisi eū q cū hac sapiētia inhabitat

C Secūdo apitur os cordis sapientie addiscende in cogni
tione & in ope. vn̄ Eccī. xxiiij. Qui audit me non ꝯfundet. qui
operātur in me nō peccabūt. qui elucidāt me vitā eternā habe
būt. Qui audit vt addiscat ille nō ꝯfundet merore. qa sapiētia
reget & diriget eū. Qui vero operātur in ipsa ita q̄ oia opera
sua ꝯforment sapiētie: illi nunq̄ peccabūt. & qui elucidāt eam
hoc est exēpla sapiētie hoībus vt lumen ꝓponūt: illi habebunt
vitā eternā Vn̄ Iacobi. primo. Si quis ꝑspexerit in lege ꝑfecte li
bertatis: & permāserit in ea. nō auditor obliuiosus factus. sed
factor opis. hic beatus in facto suo erit Et Sapien̄. ix. Mitte dn̄e
sapientiā de celis sanctis tuis. & a sede magnitudinis tue vt me
cū sit & mecū laboret. vt sciā qd acceptū sit corā te om̄i tp̄e. q̄si
diceret. mitte eam vt addiscam. & deinde sciens eā scd̄m lumen
ip̄ius testificem opera. quia sicut dicit p̄s. Lucerna pedib⁹ meis
verbū tuū. & lumen semitis meis

D Tercio aperit os sapiētie meditāde. Est aūt meditari fre
quēter p interiorē cordis cogitatōem sup idē ꝯuerti. & ipsum
vertere & reuertere in corde vt menti dulci⁹ & firmi⁹ imprima
tur. Et de hoc habet in psal. In lege dn̄i fuit volūtas ei⁹. & in le-
ge eius meditabit die ac nocte. Itē p̄s. Meditatio cordis mei in
ꝯspectu tuo semp. Itē p̄s. Meditabor in mandatis tuis q̄ dilexi
nimis: & leuabo manus meas. i. opa: ad mandata tua q̄ dilexi
Et Sapien̄. vi. Cogitare de sapientia sensus est ꝯsummatus. Et
Eccī. xiiij. Beat⁹ vir q in sapiētia morabit & q in iusticia sua me
ditabit. & in sensu cogitabit circūspectōem dei

E Quarto apit os cordis sapiētie gustāde. & hoc fit qn̄ in
sp̄ū saporē sapiētie ꝑcipim⁹. Et de hoc habet Eccī. xv. Cibabit
illū pane vite & intellectus. & aqua sapiētie salutaris potabit

illum. & psal. Cibauit eos ex adipe frumenti: & de petra melle saturauit eos. Et dicitur sapientia adeps frumenti. quia confortat & impinguat cor quo ad eternorum saporem. Sed dicitur mel de petra. hoc est de christo. quia petra erat christus. quo ad sapere dei nunq̄ etiam repletur homo. Et Ecclesiastici. xxiiij. Transite ad me omnes qui cõcupiscitis me & a generatiõibus meis implemini. Spūs em̄ meus super mel dulcis & hereditas mea sup mel & fauum. memoria mea in generatione seculorum. Qui edūt me adhuc esurient. & qui bibūt me adhuc sitient

F Quinto aperitur os sapientie alloquende. & hoc fit qn̄ homo sibi & deo loquitur in corde vt propellatur tediũ huius vite & vie qua tendimus ad patriam. Vnde Sapien̄. viij. proposui sapientiam adducere mihi ad conuiuãdum sciens quoniam mecū communicabit de bonis. & erit alloquutio cogitationis & tedij mei. Et sic legitur Luce vltimo. q̄ sapientia incarnata resurgens a mortuis coniūxit se discipulis in via. & ibat cum eis alloquens eos de scripturis vt societas eius & alloquutio esset eis pro vehiculo. vnde etiam post discessum eius ab ipsis & cognitionem ipsius dixerunt. Nonne cor nostrum ardens erat in nobis de Iesu dum loqueretur nobis in via & aperiret scripturas. Inde etiam dulcem vie comitem fingentem longius ire coegerūt dicentes. Mane nobiscū domine qm̄ aduesperascit & inclinata est iam dies

G Os etiam faciei corporalis quinq̄ modis nihilominus sapientie aperitur. scilicet in cõfessione. in oratione. in gratiarum actione. in laude. in predicatione siue doctrina. In confessione quãdo homo ex cõsilio sapientie & ad gloriã ipsius aperit os suū contra se vt nõ dimittat confundere se propter deum: ne cõfundat eum deus corã sanctis & angelis suis. Et de hoc habetur in psal. Dixi confitebor aduersum me & tu remisisti impietatem peccati mei Et Iosue. vij. dixit ad Achan Fili mi da gloriã dn̄o deo israel. & confitere atq̄ indica mihi qd feceris: & ne abscondas Adam inquit peccans abscondit se & eiectus est de paradiso. Gene. iij. Vn̄ psal. Ne declines cor meum in verba malicie ad excusandas excusationes in peccatis. Qui em̄ abscondit scelera sua excusando non dirigetur. vt dicitur Prouerbio. xxviij. Et Isaie xliij. Ego sum qui deleo iniquitates tuas propter me. & peccatorum tuorum non recordabor. Et sequitur. Narra si quid habes vt iustificeris. Et ibi habet alia littera. Dic tu iniquitates tuas vt iustificeris

§ Primus

H In oratione aũt aperit os sapientie. quādo depcamur sapientiā. ut dimittat quod ꝯscientia metuit. & adijciat qđ oratio nō p̄sumit. Et de hoc habet Mathei. vi. Cum oratis non eritis sicut ypocrite. Et ibidē. Sic ergo uos orabitis. pater noster &c. Item Math. vij. Petite & dabit̃ uobis. Item Iohan. xvi. Vsq̃ modo nō petistis quicq̃ in nomine meo. petite & accipietis ut gaudiũ uestrũ sit plenũ. Et Luce. xi. dicũt discipuli ad christuz. Domine doce nos orare sicut docuit Iohānes discipulos suos. Et ibi inducit similitudines duas. quomō oportet semp orare et nō deficere. & vna est vidue interpellãtis iudicē qui nec hominē timet nec deũ ueret̃. tamē propter importunitatez vidue fecit iudiciũ. Et vidua est quilibet indigēs aliquo a deo. quod debet p orationē impetrare. licet em̄ deus nō habeat aliquē superiorē quē reuereat̃. nec inferiorē quē timeat. tamē placet ei instantia orationũ. & ꝓpter instantiā exaudit. Alia silitudo ē de homine ad quē uenit hospes de via. & nō habet panē quē ponat ante eũ. & uadit ad amicũ qui clausit secũ in cubili pueros suos & dormit̃. pulsat ut aperiat & accōmodet tres panes Et ille dicit q̃ nō sit sibi molestus. tamē si instanter pulsauerit. surgit & dat ei quotquot habet necessarios. Nos aũt sumus illi ad quos uenit hospes christus de via misericordie. qua totũ mundũ pambulat. & non habemus quid ponam⁹ ante ipsuz quo in corde nostro nutriamur. Amicus aũt noster. est pater noster qui in celis est. qui est in domo quietis eterne cũ pueris suis. electis angelis & sanctis. & licet primo cũ petimus forte nos non sentiamus exaudiri. tñ postea exaudiemur si p̄seueramus pulsantes. Tres aũt panes quos petimus quibus in corde nutritur christ⁹. sunt panis v̄bi dei. & panis sacramẽti eucharistie. & panis lachrymaꝝ in compunctione.

I Tercio aperit̃ os sapiētie in gratiarũactione. vñ apl's pri. ad Thessalo. v. In omibus gratias agite Item idem apl's prima ad Choꝝ. x. c. Siue mãducatis siue bibitis. siue aliud quid facitis. omia in gloriã dei facite. Et Osee vltio. Couertimini ad dominũ & dicite ei. omnē aufer iniquitatē. & accipe bonum. supple penitētie. & reddemus vitulos labioꝝ nostroꝝ. Vituli autē labioꝝ sunt gratiarũactiones. quas debemus ꝓ munerib⁹ nobis a deo impensis. & Eccs primo. Ad locũ vñ exeunt flumina reuertunt̃. ut iterũ fluant. Flumina sunt fluenta gratiaruz. que fluunt a deo. & refluere debent in ipsum p gratiarũactionem. ut iterũ fluant in nos p gratiaꝝ augmentuz. ergo gratias aga-

mus dn̄o deo nostro. quia dignū & iustum est. qui tot & tanta bona nobis impendit creando. redimēdo. educando. ꝯuertendo. gratias ad meritū multiplicando. & ꝓmissa vite nobis certificando ꝑ spem. & cōplendo ꝑ rem

K Quarto aperit̄ os sapiētie laudande. laudamus aūt deū in hymnis & psalmis & cāticis. cantātes & psallētes in cordibꝰ nostris deo & in melodia uocis. ut iubet apl's ad Ephesios. v. c. vn̄ p̄s. Sacrificiū laudis honorificabit me. & illic iter quo ostendam illi salutare dei. sup illud dicit Grego. in originali sup Ezechiel' primā visionē. ꝙ laus dei aut impetrat spm̄ ꝯpunctiōis aut ꝓphetie. Itē p̄s. Lauda aīa mea dn̄m. laudabo dn̄m in vita mea q̄diu fuero. Item laudate dn̄m om̄es gentes. laudate eū om̄es populi. Item Cantate dn̄o canticū nouū. cantate domino om̄is terra. Et multa salia sunt in psalmis. Augꝰ. etiā in. x. cōfessio. bonū v̄bū dicit de hoc. sic delectabar in hymnis & cāticis suaue sonātis eccl'ie. uoces em̄ influebant auribus meis. & eliquebatur ueritas in cor meū. & fluebant lachryme. & bene mihi erat cum illis

L Quinto aperit̄ os sapiētie p̄dicande & docēde. & de hoc habet̄ Math. v. Et ipse iesus eleuatis oculis in discipulos suos aperiēs os suū. docebat eos dicēs. Ibi dicit glo. Aperuit os quasi magna loquuturus Et Iob. xxix. Oculus fui ceco. & pes claudo. s. ꝑ p̄dicationē. Et Isa. ij. De syon exibit lex. & uerbū dn̄i de hierusalē. Syon em̄ debꝫ esse p̄dicator ꝑ ꝯtemplationē. stans in specula. & hierusalē ꝑ actionē. quia opera sua semꝑ respicere debent pacē. Et Iob. xxix. Qui me audiebāt: expectabāt sententiā et intenti tacebant ad consiliū meū. Et ibidē. Expectabant me sicut pluuiā. & os suū aperiebāt quasi ad imbrē serotinū. Et sapien. vij. Multitudo sapiētiū sanitas orbis terraꝝ. hoc est multitudo p̄dicatoꝝ & doctoꝝ Sed notandū est ꝙ ad hanc vltimā apertōem exigit̄ oris purgatio. ut habet̄ Isa. vi. c. vbi dixit dn̄s quē mittā. et quis ibit nobis. Et dixit Isaias. Ecce ego mitte me. & anteq̄ offerret se. p̄cedit q̄liter purgatus fuit. cū dicit uolauit ad me vnus de seraphin. et in manu eiꝰ calculꝰ. quē forcipe tulerat de altari. & tetigit os meū & dixit. Ecce tetigi hec labia tua. & auferet̄ iniquitas tua. et peccatū tuū mundabitur. ꝙ autem peccatū impediat predicatōem. patet ꝑ illud quod p̄cedit. Ve mihi. quia tacui. quia vir pollutus labijs ego sum. & in medio populi polluta labia habentis ego habito Vir pollutus labijs est p̄dicator peccator. habitans in medio populi pol-

ſ Secundus

ſuta labia habentis. ut exemplar puerſionis eoruꝫ. qui tot animarum. ut dicit Gregorius rei ſunt: quot ad inferos pditionis exemplo trāſmittūt tūc. Seraphin qui interptat̄ totus ardens eſt ignis diuini amoris qui purgandū ſuccendit. et calculo penitētie os eius tangit & emundat ipſum a peccatis labiorum. id eſt a predicatione polluta. emundando vitam

A ſ Secūdus

Equitur de ſecūda parte uerſiculi. Et lex clementie in lingua eius. Lingua anime duplex eſt. ſcꝫ cordis et oris. Cordis aūt lingua duplex eſt. ſcꝫ lingua deuotionis. et lingua deſiderij. dicit em̄ Gregorius ſup Iob. ꝙ ſanctorum lingua, quā loquunt̄ ad dn̄m: ſunt deſideria eoruꝫ vnde p̄s. Dn̄e ante te om̄e deſideriū meū. & gemitus meus a te nō eſt abſcōditus. q̄ſi diceret. deſideriū meū loquit̄ tibi ea q̄ ſunt in corde meo. vn̄ alibi. deſideriū pauperū exaudiuit dn̄s. p̄paratōes cordis eorum audiuit auris tua. Si ergo deſideriū audit: tūc deſideriū format uoces & uerba. & ſic eſt lingua. Btūs aūt Bernardus dicit ꝙ deuotio lingua beatorum & ſanctorum ē. vnde p̄s. Adhereat lingua mea faucibus meis. ſi nō meminero tui. ſcꝫ hieruſalē. Si nō ꝓpoſuero hieruſaleꝫ in principio leticie mee. Om̄is em̄ nr̄a deuotio eſt in recordatōe celeſtis pacis. & ſecuritatis ciuiū eternorum

B De lingua aūt oris habet̄ in p̄s. Os iuſti meditabit̄ ſapientiā. & lingua eius loquet̄ iudiciū. lex dei eius in corde ipſius et non ſupplātabunt̄ greſſus eius. Et tāgit p̄s ibi quattuor. Primū eſt cum meditatōe ſapientiā ꝓponere. ut ſcꝫ ſapientiā loqtur inter ſapientes pfectos. & hoc ſapienter. ut ſp̄ualia ſpiritualibus comparent̄. Secundū eſt ꝙ cum iudicio loquat̄ eam. Iudiciū aūt illud intelligit̄ de iudicio diſcretōis. ut ſcꝫ aliter ſupbis. aliter humilibꝰ. aliter p̄latis. aliter ſubditis. aliter caſtis. aliter ꝯtinentibus. & ſic de alijs. aliter & aliter. Terciū eſt ꝙ qn̄ proponit ſermonē legis. ante pfecta ſcia debet eſſe in corde. quia ſicut dicit glo. ſup ep̄lam Iacobi. Impoſſibile eſt ut ignorās legē nō offendat uerbo in p̄dicando uel docēdo Quartū aūt & vltimū eſt ut greſſus operū eius nullo vitio ſupplantentur.

C In lingua autē cordis ſcdm duas linguas eſt duplex lex clemētie. i. lex inclinās ad clementiā dominū ipm. Lingue em̄ ille ſignificant̄ p linguas igneas que apparuerunt ſup ap̄los in aduentu ſp̄uſſancti. Actuū. ij. Et in deſiderio quidem eſt ignea

lex charitatis que est iugū suaue & onus non grauans sed alle-uians ea que sine lege ista grauia viderent̄. Et de hac lege habet̄ Deutero. xxxiij. c. In dextera eius ignea lex. & hec est lex christi quā Mathe. xij. uocat iugū suaue & onus leue. quod debemus tollere sup nos. In lingua uero deuotionis est lex mandatoru3 dei. quia ad p̄cepta & ꝯsilia deuouimꝰ nosipsos. de qua habet̄ Ecci. xxiiij. Legem mādauit Moyses in p̄ceptis iusticiaꝝ. Et Io han. prio. Lex ꝑ Moysen data est. gratia & ueritas ꝑ iesum christum facta est

D In lingua uero corpis & oris est lex clemētie ad ꝓuocā-tes animū eius. de qua dicit Tullius in fine prime rhetorice sue Clemētia est ꝑ quā animi temere in odiū alicuius inuectōis cō citati retinent̄. Et de hac habet̄ in Prouerbijs. xi. Clemētia p̄pa-rabit vitam. & sectatio maloꝝ morte3. & hec est virga clemētie quā extēdit summus rex ꝓuocatus a nobis ad peccatores. que significat̄ per virgā clemētie Assueri. Hester quinto. qui inter-pretat̄ beatus. de qua virga supra loquuti sumus

A Capl'm. xviij. § primus

Ade Cōsiderauit semitas domus sue. & panē ociosa non comedit

Inscriptio uersus istius est littera sade. que interp̄tat̄ uenatio. Est aūt uenatio ꝑnitiosa. & uenatio ociosa. et uenatio bona.

Venatio ꝑnitiosa est triplex: Venatio lamech; Venatio nemroth; Venatio sydonis.

Venatio lamech est in ꝯcupiscentia & ira. vn̄ primus ex libidi-ne bigamiam induxit. & uenatus fuit sibi duas vxores Odam et Sellā. que significāt gulā & luxuriā. quas uenant̄ hi qui am-bulāt in carne. Ire aūt fuit etiā sua uenatio. quia occidit virū in vulnere. & adolescentē in liuore vulneris. Cayn em̄ occidit sa-gitta. & iuuenē qui duxit eū occidit ꝑcussione arcus. & ita ꝑ li-uorē. quia lignū arcus nō vulnerauit. sed liuorē induxit. Simi-liter irati uenant̄ per irā duo. sc3 occisionē Cayn. de quo prece-pit dn̄s ut nō occideret̄ Gen. iiij. quia sp̄ualiter occidūt pecca-torē. vulnerātes eū sagittis maloꝝ uerboꝝ ꝑ vituperia & ma-ledictiones & improperia Et adolescentē. hoc est quēlibet forte

in hoc mūdo occidūt in liuore. hoc est per odium & inuidiam quia illa sunt arcus dolosus ex quo curuato procedūt spicula maledictionū & increpationū & corrixationū huius mūdi

B Venatio aūt Nemroth est venatio potētū huius mūdi. que fit opprimendo rapiendo predando. Et illo modo que vocant petitiones. tamen potius exactiones appellentur. & de hac dicitur Eccī. xiij. Venatio leonis onager in heremo. Sic & pascua diuitū sunt pauperes

C Venatio aūt sydonis est venatio auarorū: que expletur fraude circūuenientiū se in negotijs & dolis deceptionū & furtis & vsuris & hmōi. Et hec est venatio aranearū que euiscerāt se humore sibi naturali vt capiant muscas. hoc est temporalia huius mūdi

D Venatio vero ociosa est venatio Esau propter quā amisit benedictionem patris. cū nimis distraheretur in illa. & hec est venatio vana qua occupantur tediosi circa deum & diuina in captura ceruorum & altiliū. & hmōi. De quibus dicitur Baruth. iij. Vbi sunt principes gentiū: & qui dominātur sup bestias que sunt super terram. qui in auibus celi ludūt. qui argentū thezaurisant & aurū in quo ꝯfidūt homines. & nō est finis acquisitionis eoruꝫ. qui argentū fabricant & solliciti sunt. nec est inuentio operū illorum. exterminati sunt & ad inferos descenderunt. & alij loco eoꝝ exurrexerūt.

E Venatio aūt bona est venatio Petri & apłoruꝫ: qui facti sunt a dn̄o piscatores hominū. vt ꝓmittitur eis Math. iiij. Venite post me faciaꝫ vos fieri piscatores hominū. Et scdm hoc interpretatio respondet versui cū inscribitur hec littera. Circueūdo em̄ semitas venatur domus sue custodiā mulier ista. fugiendo autem ocium venatur panis abūdantiam. que duo continētur in versu

F Considerauit semitas &c̄. Duo: vt dictū est: ꝯtinentur in hoc versu. scꝫ domus custodia. & meritū panis. quia ꝑ laboreꝫ panē meretur. Circa primuꝫ notātur tria. scꝫ que ꝯsideratio sit qua considerat domum. & que sint semite. & qualiter domus sit edificata

Consideratio aūt est triplex. scꝫ
- Discussionis
- Circūspectionis.
- Inspectionis

Discussionis. quia om̄es vias suas & semitas discutit. sicut docet Hiere. vi. ca. State super vias vestras & videte & interrogate de semitis antiquis que sit via bona. & ambulate in ea. & inuenietis refrigerium animabus vestris. Stat em̄ mulier hec super vias suas discutiendo. & interrogat de semitis in exemplis patrum: sciens quia est via que videtur homini recta & nouissima eius ducūt ad mortez. vnde discutiendo scit eligere bonū & reprobare malum.

G Considerat etiam circūspiciendo. hoc est omnia pericula reuoluendo ad futurum cauta ex consideratione preteriti. & in presenti secura ex premeditatione omniū suorum operū quia ipsa omnia facit cum consilio. & ideo post factum nō penitebit: Ecclesiastici. xxxij. Vnde mulier hec significatur p onagrum liberum. quia libera est a curis carnis. & ideo clamorem exactoris nō audit. id est ventris. de quo onagro habetur Iob xxxix. q circumspicit montes pascue sue & virentia queq perquirit. Montes autem pascue sunt alta cōsilia dei in quibus pascit se implendo ea. Virentia queq sunt omnia que iuuant ad bona opera. vt bona colloquia. bone societates. & huiusmodi. & illa omnia perqrit. eo q in om̄ibus est circūspecta & puida

H Inspicit autem continue bona sua vt lucem fulgentem quia sicut dicitur Prouerbiorum. iiij. Iustorum autem semita quasi lux splendens & crescens vsq ad perfectum diem. Inspicit autem non vt ille pharizeus qui dixit Luce. xviij. Gratias tibi ago domine. quia non sum sicut ceteri hominum. raptores. iniusti. adulteri. velut etiā hic publicanus. sed inspicit vt multiplicet & gratias agat & in ipsis permaneat. Sicut habet Ecclesiastici. xxvij. Homo sensatus in sapientia manet sicut sol nam stultus sicut luna mutatur

I Sequitur que sint semite. habet autem semitas ad facūdiam eius.

Semite volūtatis mariti sunt quadruplices. sc3	Preceptum Consilium Opus supererogationis Sanctor desideriorū ad deū

Semita precepti diuiditur in decem. vt pat3 Exodi. xx. quorum tria pertinent ad deu3. sc3 dominus deus tuus deus vnus est. non erunt tibi dij alij. Et in hoc precepto continetur totum quod est de fide trinitatis & vnitatis. Secundum est. non as-

Primus

sumes nomen dei tui inuanum. scil3 in falsa & peruersa iurati-
one in quo cōdemnatur omnis periurus. volumen em volās
de quo habetur zacharie. v. est vt sentētia ꝯdēnatiōis veniet ad
domum furis & ad domum iurantis in nomine dei mendaci-
ter. Tercium. memento vt diem sabbati sanctifices. Sabba-
tum autem est requies. & requies cordis nostri nō est sancta ni-
si in deo. vt sc3 in nullo ꝯtra deum cor nostrum requiescat. qa
aliter polluimus sabbatum qđ relinquitur populo dei. Hinc
etiā in ecclesia institute sunt ferie in qbꝰ populus vacās ab ope
ribus seruilis infirmitatis vite huius: corde consurgat in quie-
tem que in deo est. & discat in idipsum redire & delectari in do
mino. vt det ei petitiones cordis. Septem alia pertinent ad
proximū. quorum vnū solum est affirmatiuū. sc3 honora pa-
rentes vt sis longeuus super terra3. In quo precipitur nobis vt
omnem honorem & adiutoriū: que possumus impendere ꝓ-
ximo qui parentis nomine significatur: non negligamus. ad
Roma. xij. qui docet in doctrina. qui p̄est in sollicitudine. qui
exhortatur in exhortando. qui miseretur in hilaritate: & exhi-
beamus superioribus reuerentiā & obedientiā. equalibus soci
alem vitā & iocūdam. inferioribus aūt misericordiā. Quintū
p̄ceptum est. nō occides. In quo ꝓhibetur nobis vt ꝑ iram &
odium & rancorē nec factis nec verbis aliquē ꝑcutiamus vel le
damus in ꝑsona. Sextū. nō mechaberis. In quo nobis om̄is
illicitus cōcubitus prohibetur & peccatū om̄e qđ ꝯtra naturā
vocatur. Septimū est. nō furtū facies. in quo ꝓhibetur om̄is
illicitus questus. vt vsura scđm omnes species suas: & rapina:
& exactiōes illicite. & deceptiones in ꝯtractibus. Octauū est.
non falsum testimoniū dices. In quo prohibetur mendacium
& loqui in corde & corde. & om̄is fraus que proximo potest fi
eri in verbis. verba em̄ debent esse testimoniū veritatis in cor-
de. Nonū est. non ꝯcupisces vxorem ꝓximi tui. In quo pro-
hibetur immūdicia cordis ꝓpter quosdā qui ꝯtinent corpore
sed nō corde. Decimū est. nō ꝯcupisces rem proximi tui. In
quo ꝓhibetur auaricia cordis. que nō ꝓcedit ad actum exteri-
us. De his semitis habetur Isa. ij. Venite ascendamus ad montē
domini & ad domū dei Iacob. & docebit nos vias suas & am-
bulabimus in semitis eius. Et in psal. Vias tuas dn̄e demōstra
mihi: & semitas tuas edoce me.

K Semite ꝯsiliorum dei inueniūtur hincinde diuidi in

octo capita. Et habetur de eis Math. v. vbi primo ponit primū ꝯsiliū dicens Beati pauperes spū. quoniā ipsorum est regnum celorum. Preceptuꝫ eīn quod est ante hoc consiliū habetur in psal. Diuitie si affluant nolite cor apponere. preceptum em̄ est vt diuitie subijciātur. sicut dixit Petrus gloriando ad christuꝫ Math. xix. Ecce nos reliquimus oīa & sequuti sumus te. sunt em̄ pauperes spū: pauperes spūaliter actu & volūtate: christuꝫ pauperem & peregrinum pauperes & peregrini sequentes. Secūdum est. beati mites: quoniam ipsi possidebūt terram. Est autem mititas que nec alienis iniurijs irritatur & prouocatur. nec irritat & prouocat alium. Et preceptum quod est ante hoc consilium est vt non occidamus vel ledamus aliquem. Tercium consilium est. beati qui lugent: quoniam ipsi consolabūtur. Et intelligitur de luctu duplici. scꝫ pro peccatis. & incolatu miseric. pro peccatis aūt suis & aliorum. Quartū consiliū est. beati qui esuriūt & sitiunt iusticiam. quoniam ipsi saturabuntur. & intelligitur de iusticia que oīa ponit in debito decenti. scꝫ vt corpus habeat quod suū est: & anima quod suum. & reddamus prelatis quod suuꝫ. vt verificetur in nobis quod dicit dominus Math. xxij. Reddite que sunt cesaris cesari: & q̄ sunt dei deo. Quintum est. beati misericordes: quoniam ipsi misericordiam consequētur. Et intelligitur de misericordia in pauperes quando etiam deuote tribuitur pauperibus. etsi nō potest exhiberi opere. saltem tribuatur corde. Sextum est. beati mūdo corde: quoniam ipsi deum videbunt. & cōsulitur nobis hic vt cor a vicijs purgemus & occupatiōibus & curis huius vite. vt agamus sabbatum dei in quo videtur deus per gustum eterne requiei. Septimū est. beati pacifici: quoniam filij dei vocabuntur. & intelligitur de his qui pacem faciunt inter se & proximum. & inter conscientiam suam & concupiscentiam suam. & inter se & deum. hec em̄ est pax temporis & pax pectoris & pax eternitatis. Octauum est. beati qui persequutionem patiuntur propter iusticiam quoniam ipsorum est regnum celorum. licet omnis christianus ex precepto debeat cōfiteri nomen christi cum requiritur. tamē aliud est de his qui circūferunt christum & quasi vltro offerunt se periculo persequutionis. vt dicitur hic. Et de his semitis habetur Prouer. iiij. Dirige semitas pedibus tuis & omnes vie tue stabilientur. Et Isaie. xxvi. Semita iusti recta est. rectus callis iusti ad ambulan

dum. Et est hic iusti neutri generis. vel si quis velit ipsum esse masculini generis: tūc supponit christū qui in his semitis fuit nobis exemplum.

L Semita supererogationis diuiditur in tria. quia superogatur verbū a doctoribus. & supererogatur opus. & superogatur id quod in cura fit vltra debitū. Verbū supererogatur qn̄ supra id qd̄ habemus a sanctis. sententie veritatis ad stabilimētum fidei & eruditōem bonorum morū excogitātur. Et hoc significatur Luce. x. vbi legitur ꝙ samaritanus vulneratū ducens in stabulum protulit duos denarios & dedit stabulario. id est duo testamenta dedit christus. verus custos anime. pastoribus ecclesie. adiūgens ꝙ si quid supererogauerit cum redierit ad iudicium reddet ei. Luce. xix. dicitur. hec enim est pecunia domini que cū vsuris & nō sola exigit̄ a nobis & dānatur qui nō dat eam ad mensam nūmulariorꝫ

M De superogatōe aūt laboris vel operis habetur Actuū xx. Argentū & aurū aut vestem nullius ꝯcupiui sicut ipsi scitis quoniā ad ea que mihi opus erant & his qui mecum erant ministraucrūt manus iste. Poterat em̄ qui altario participabat de altario viuere. prima ad Chorin̄. ix. Et qui euangelium annūciabat de euangelio viuere. sed nō fecit ne aliqd̄ offendiculum apud auaros daret euangelio christi. Simile habetur de Samuele primo Reg. xij. Loquimini de me corā domino & corā christo eius. vtrū bouem cuiusq̄ tulerim aut asinuꝫ. Si quenq̄ calumniatus sum. si oppressi aliquem. si de manu cuiusq̄ munus accepi & ꝯtemnam illud hodie restituamq̄ vobis. Simile etiam dicit Moyses de se Numeri. xvi. Tu scis quia nec asellū quidem vnq̄ acceperim ab eis. nec afflixerim quempiam eorꝫ

N De supererogatione aūt cure intelligitur officiū & nomen episcopi. vnde etiā episcopus superintendens interpretatur. quia supra debitum etiā debuit intēdere & impendere gregi sibi cōmisso. Sicut loqtur dominus Michee. vi. Popule meus quid feci tibi aut qd molestꝰ fui tibi responde mihi. qa eduxi te de terra egypti: & de domo seruientiuꝫ liberaui te. & misi ante faciem tuam Moysen & Aaron & Mariam. Populus meus est populus domini. cui pastor super exhibitionem sacramentorum & predicationem fidei & morum supererogare debet tria. Per sacramenta em̄ educit de egipto peccatorum. Sed per predicatōem fidei & morum liberat de domo seruiētium.

id est de seruilibus operibus: cum docet virtutes & fidẽ. Et superoganda sunt tria. sc3 exemplum. & oratio cum sacrificio. & amara penitentia pro peccatis omniũ ouium suarum. Exemplum inuenitur in Moyse qui dux fuit & auriga populi dei in his que ad deum pertinent. Per Aaron autem notatur oratio & sacrificium pro populo. quia ille sacerdos constitutus est vt offerret dona & sacrificia pro his qui ignorant & errant. Maria aũt interpretatur amarum mare. quia nõ habemus pontificem qui non possit compati infirmitatibus nostris. sed tentationes & peccata populi deflet & deplangit tanq̃ sint sua. ad Hebreos. iiij. tunc em̃ sunt regale sacerdocium in regendo auctoritate & exemplo. prima Petri. ij. Gens autem sancta in oblatione oratõnis & sacrificij sacrosancti. Populus autem acquisitionis per gemitum & planctum quo acquirunt peccatores. Genus vero electum precedet in eis per introitum. quia iusta electione debent intrare: non sumendo sibi honorem. sed prius electi ab alijs ad onus. De his semitis habetur Iob. xxviij. vbi dicitur de malis prelatis. Semitam ignorauit auis. nec intuitus est oculos vulturis Auis dicitur christus qui volauit in celum. & vultur etiam dicitur quia longe vidit. hec em̃ dicitur esse proprietas vulturis q̃ longe videt. & huiusmodi auis semitam ignorat: qui ad similitudinem eius gregem sibi commissum non pascit. Oculos autem vulturis non intuetur qui non longe ante preuidet populi dei periculum & tentationes vt succurrat.

O Semite desideriorum sunt vie cordis ad deum. que semite multe sunt. Per quot enim desideria ad dominum ascendimus tot sunt vie harum semitarum. Et de his habetur Isaie xxvi. In semita iudiciorum tuorum domine sustinuimus te. nomen tuũ & memoriale tuũ in desiderio anime

P Sequitur de domo. quia autem supra quadruplicẽ domũ distinximus. sc3 superiorem. inferiorem. interiorem: & exteriorem. Ne iterum eadem repetere videamur hic alias quattuor domus edificabimus. sc3

Domum
- Castri
- Claustri
- Estiuam
- Hyemalem

Domus castri mansio securitatis est sita in monte altissimo

virtutum. De quo habetur in psal. Quis ascendet in montem domini aut quis stabit in loco sancto eius. Innocens manibus & mūdo corde: qui non accepit in vano animā suam nec iurauit in dolo proximo suo. Hic est mons dei: mons sanctus: & mons dei thabor. qui interꝑtatur veniens lumen. in quo trāsfiguratus in virū alterum cernitur dn̄s. Math. xvij.

Q Munitur aūt fossato huius nostre mortalitatis. Mortalitatis em̄ huius miseria ad hoc prodest sanctis ꝙ nō delectantur in mūdo. vnde Iob. iij. Gaudent vehementer cum inuenerint sepulcruȝ: & loquitur de viris sanctis qui gaudent habendo munitionem contra dyabolum. sepulcrū mortalitatis huius. confidentes quia certitudo mortis tutat a superbia: & replet timore dei. Habet etiam castrū istud murū protectiōis dei sicut dicitur in psal. Qui habitat in adiutorio altissimi in protectione dei celi commorabitur.

R Antemurale aūt est custodia angelorum. sicut dicit psal. Angelis suis mandauit de te vt custodiant te in omnibus vijs tuis. Turrim autē habet humilitatis. & hec est turris Dauid. de qua legitur Cantico. iiij. ꝙ edificata est cū propugnaculis: mille clypei pendent ex ea. omnis armatura fortium. Propugnacula vere humilitatis sunt quattuor. que notantur in duobus versibus. Spernere mūdum: spernere nullū: spernere sese. Spernere se sperni. quattuor hec bona sunt. Humilitas aūt dicit turris. quia est ꝓfunda. Et dicit phūs ꝙ altū & ꝓfundū sunt idem Clypei aūt mille sunt infinita exempla sanctoꝝ de humilitate. Armatura aūt fortiū sunt pugne sctōꝝ qbꝰ supbiā destruxerūt

S Hoc castrū figuratur in Luca. ca. x. vbi dicit. ꝙ intrauit Iesus in quoddā castellū. & mulier qdam Martha noie excepit illum in domū suam. & huic erat soror nomie Maria. Martha em̄ est vita actiua. & Maria vita ꝯtemplatiua. que in hoc castro christo obsequūtur. Ipse autē intrat in castrū. quia tutus est sub turri humilitatis. In hac domo mulier habet vigiles in propugnaculis. defensores in turribus. & milites in muris. Vigiles sunt prouidentie quas habet in prouidendis periculis. Sicut ꝑcipit Petrus. prima Petri. v. Sobrij estote & vigilate qa aduersarius vester dyabolus tanꝗ leo rugiens circuit querēs quem deuoret. cui resistite fortes in fide. Custodes sunt duo. timor. & amor. Timor em̄ facit fugere malū. & amor ꝯfortat in bono. Timor bonꝰ est custos i hoc ꝙ excludit inimicos. Amor aūt custos ē bonꝰ in hoc ꝙ intꝰ nutrit amicos. Et de his habet Isa. lxij

Super muros tuos hierusalem cõstitui custodes. tota die & tota nocte non tacebũt laudare nomen domini. Timor eñ laudat in nocte. quia excludit tenebrosa. Amor autem laudat in die. quia includit lucida. Milites autem sunt pugne contra tentationes. Sicut dicitur Iob. vij. Militia est vita hominis super terram. De hoc castro sic munito habetur Isaie vicesimosexto. Vrbs fortitudinis nostre syon saluator. ponetur in ea murus & antemurale.

T Domus autem claustri est secundo loco edificanda. hec igitur est obedientia que est bethania. que domus obedientie interpretatur. in qua sepissime fuit Iesus cum sua familia. habens oratorium orationis. Isaie. lvi. Holocausta eorum & victime coruȝ placebũt mihi super altari meo. quia domus mea domus orationis vocabitur. Et in euangelio Mathei. xxi. scriptum est: quia domus patris mei domus orationis est. Et Augustinus in regula. In oratorio nemo aliquid agat nisi ad qđ factum est vnde & nomen accepit. Et illud idem dicit glosa super Iohannem

V Habet secundo refectorium lectionis. vnde Augusti. in regula. Non sole vobis fauces sumant cibum. sed etiam aures esuriant dei verbum. & Deuteroñ. vi. Non in solo pane viuit homo. sed in omni verbo quod procedit de ore dei. Et Amos viij. Ecce dies venient dicit dominus. & mittam famem in terram. non famẽ panis nec sitim aque. sed audiendi verbũ dei

X Habet tercio dormitorium contemplationis & quietis Vnde Iob. iij. vbi maledicit diei peccati. quia priuabit eum cõtemplatione eternorum: subdit dicens. Nunc eñ dormiens silerem & somno meo requiescerem cum regibus & consulibus terre qui edificant sibi solitudines. Aut cum principibus qui possident aurum & replent domos suas argento. Silet eñ dormiens in contemplatione a rumoribus huius mundi. & quiescit in somno somnians eterna. quiescit a labore incolatus miserie huius cum regibus qui regunt seipsos. & consulibus terre qui alijs dant consilia perfectionis que hauriunt in contemplatione. Et cum principibus qui eterna desiderant: que sunt prima. & ideo possident aurum. hoc est fulgorem sapientie diuine. & replent domos cordis sui argento eloquentie in sono predicationis. & edificant sibi solitudines in conscientie secreto. In isto dormitorio immittit dñs saporeȝ in Adam & tollit

costam. & facit inde mulierē. Adam em̄ homo interpretatꝰ. Costa aūt que iuxta cor sumitꝰ dura est. & significat duriciā huius vite que iuxta cor hominis radicatꝰ. edificatꝰ aūt in mulierez fecundā quādo fit ita ꝯtemplatio que fecūda est in gaudijs eternoꝝ bonoꝝ. licet in huius vite laboribus sterilis inueniatur

Y Quarto habet capl̄m confessionis. ubi accusanꝰ & emēdanꝰ puersa. vn̄ Isa. xxxviij. c. Recogitabo tibi oēs annos meos in amaritudine aīe mee. & p̄s. Dixi cōfitebor aduersum me iniusticiā meā domino. & tu remisisti impietatē peccati mei.

Aa Quinto habet lauatoriū satisfactiōis. vn̄ ysa. prio. Lauamini mūdi estote. auferte malū cogitationū uestrarum ab oculis meis. quiescite agere puerse. discite benefacere. Et Iohā. ix. de ceco nato. Vade ad natatoria syloe. qd̄ interpretatur missus. quia missus est penitēs ad prelatū qui iniūget satisfactionē Item Naaman dictū est ꝙ lauaret septies in yordane. & reciperet sanitatē caro sua et mundaretꝰ. iiij. Regū. v. Leprosus em̄ est qui in peccatis est. Et yordanis est satisfactio. quia yordanis descensus humilis interpretatꝰ. Septies aūt lauat qui cū uerecūdia peccati & lachrymis & ieiunio & oratōe & elemosyna & vigilijs & disciplinis satisfacit. Hec em̄ sunt septē ablutōes ipsius.

Bb Sexto est infirmaria ꝯpassionis. vn̄ Roma. xiiij. c. Infirmū in fide assumite. & nō in disceptationibus cogitationū. Et ad Hebre. xiij. Memētote vinctoꝝ tanq̄ simul vincti. & laborātiū tanq̄ & ipsi in corpe morātes. Hec infirmaria significatꝰ per porticū piscine ꝓbatice. in qua iacebat languentiū multitudo ut legitur Iohan. v. cap̄.

Et sunt quinq̄ porticꝰ. cō passiōis quinq̄ affectus:
- Condolere dolentibus
- Consolari tristes
- Fouere infirmos
- Sustinere impatiētiam laborantiū
- Adiuuare debiles

Cc Septimo aūt est ibi ꝓmptuariū siue cellariū memorie et meditatōis. vn̄ p̄s. Promptuaria eoꝝ plena. eructātia ex hoc in illud. quia de memoria & meditatione. omi poscenti rōem parati debēt esse reddere eā de ea que in ipsis est fide & spe. prima Petri tercio

Dd Octauo aūt est etiā coquina studij & doctrine. quia in studio & doctrina oīa incidunꝰ in ptes. & decoquunꝰ & ꝯdiūtur in saporē dulcē & ꝯpetentē. vn̄ in visione vltima Ezechielis inter alia edificia domus vidit etiā coquinas. & hec etiā coqui

na significat̄ p̄ pastoforia que edificabant̄ in atrijs domus dn̄i: ut habet̄ primo Macha. iiij.

Ee Nono habet portā charitatis quā oībus bonis aperit & dat aditū. vñ Ge. xxiiij. c. loquit̄ charitas. īgredere bn̄dicte dn̄i cur foris stas. p̄paraui domū & locū camelis tuis. vñ etiā Gene. xxviij. ca. dixit Iacob. Non est hic aliud nisi domus dei. & porta celi. & sic ē adhuc ubi charitas īuenit̄ in porta claustro℞.

Ff Decimo habet hospiciū misericordie. ut dicit ap̄l'us ad Philemonē. Gaudiū magnū habui & consolationē in charitate tua. quia viscera sancto℞ requieuerūt per te frater Et infra in eadē ep̄la. Simul & para mihi hospitiū. Et ad Hebre. xiij. cap̄. Hospitalitatē nolite obliuisci. per hanc em̄ placuerūt quidam angelis hospitio receptis

Gg Vndecimo habet huiusmodi domus loquutoriū predicationis. vnde in canti. ij. ca. Sonet uox tua in auribus meis uox em̄ tua dulcis. & facies tua decora. Et p̄s. Speciosus forma pre filijs hominū. diffusa est gratia in labijs tuis. ꝓpterea benedixit te deus in eternum.

Hh Duodecimo est ibi sentina penitentie. in qua deponimus omnia in nobis corrupta. sicut dicitur Miche. vltio. Deponet omnes iniquitates nostras. & proijciet in profundū maris omnia peccata nostra

Ii Tredecimo est ibi scola discipline. sicut dicit ap̄l's ad Hebreos. xij. Om̄is quidē disciplina in p̄senti non videt̄ esse gaudij. sed meroris. postea aūt exercitatis p̄ eam. fructum pacatissimū reddet iusticie.

KK Quartodecimo habet ambitū exteriorem religionis vndiq; hoiem claudentis. vñ Aug⁹. in regula. in incessu statu habitu uestro. nihil fiat qd̄ cuiusq; offendat aspectū. Sed qd̄ uestrā deceat sanctitatē. Et Cantico. v. Dilectus meus candid⁹ & rubicūdus electus ex milibus. Candidus em̄ est castitate. & rubicūdus charitate. Sed electus ex milib⁹ religione interiori & exteriori. vñ etiā dicit de ipso ꝙ totus est desiderabilis

Ll Quintodecimo habet peribulū interiorē p̄ q̄ttuor virtutes cardinales in quadrū edificatum. Qua℞ virtutū parietē vnū h; prudētia. hn̄s colūnas septē. s. sapientiā. sciam. ꝯsiliū. intellectū. ꝓuidentiā. memoriā. & sollertiā Sapientiā de gustu diuino℞. Scientiā de dispositōe mūdano℞. Cōsiliū de bn̄placito dei. Intellectū de eloquijs sanctis. Prouidentiā de futuris periculis. Memoriā de p̄teritis. Sollertiā aūt de hoim uersutijs. Et

§ Primus

his q̄si septē colūnis edificat̄ et sustētat̄ paries prudētie q̄ p̄m⁹ē.
Mm Scd̄m parietē interius tenet iusticia. habēs & ipa colū nas septē excisas ip̄ius sapiētie manu. Colūna prima ē ad supe rior͛ p̄cepta obediētia. Scd̄a uero ad deū theosebia q̄ nihil ali ud est q̄ꝫ cultus deo debitus. q̄ etiā latria nūcupat̄. Tercia est in iudicādo rectitudo siue ueritas iudicij sine acceptione psonar͛. Quarta uero ad pares societas. Quinta ad inferiores misericor dia. Sexta aūt humilitas. & septima reuerētia ad omnes qui in gradu dignitatis sunt constituti.
Nn Terciū parietē edificat & ꝓtrahit tēperantia. habēs & ipsa colūnas septē quib⁹ innititur. quar͛ prima est ꝯtinētia. se cūda psimonia in gustu. tercia modestia modū statuēs interi⁹ et exterius. quarta uero silentiū moderatum. quinta blandicia sexta beniuolentia siue benignitas. septima & vltima pietatis affectus liquescens ad omnes
Oo Quartū iterū parietē ꝓtendit fortitudo innixa colūnis septē. s. patiētie in aduersis. lōganimitati in sustinēdo. magni ficētie in ambitu cordis magnifici. securitati in vincēdo. ꝯfidē tie in aggrediēdo ardua. fiducie in auxilio dei. & pseuerātie in fine tribulatōis. Et hec domus est quā edificauit sapientia exci dens in ea colūnas septē ad q̄dlibet latus. ut habet̄ Prouer. vij. Et in Apocal̄. xxi. dicit̄. q̄ celestis hierl̄m edificata est p quadrū
Pp Habet aūt vir huius mulieris xp̄s. totā familiā suaꝫ in domo ista q̄ bethania dicit̄. ubi em̄ Maria ꝯtēplat̄. ubi ꝯtēpla ti Martha ministrando turbat̄ & sollicita est circa plurima. ubi actiui discipuli audiūt docentē ut studētes. Iesus sedet ut docēs Symō & Lazar⁹ recūbūt ut iocūde refecti epulis grar͛ interne ꝯsolatōis. ubi etiā Iudas furat̄ Et significāt ꝓprietarij p iudā. & murmurātes ꝯtra obediētiā p Symonē q̄ & obediēs interp̄tat̄. In hac etiā domo dn̄s tanq̄ꝫ dispēsator familie huius mulieris ut p̄rfamilias oīa opa sua familiari⁹ & habūdanti⁹ ōn̄dit. Hic em̄ curat Mariā a septē demonib⁹. hoc ē aīaꝫ peccatricē a septeꝫ vicijs capitalib⁹. Narthā aūt a fluxu sanguis. ut dicit Ambro. hoc est fluxū carnis ꝯstringit p ꝯtinentiā. Mūdat etiā Symonē a lepra. hoc est incurabili morbo ab hoīe. sed a deo tm̄ curabili q̄ totū copus corrūpit & ꝯmaculat. hoc est a pc̄tō ꝯsuetudinis male. Et rep̄hendit pharizeū indignantē de curatōe peccatricis Lu. vij. hoc ē ꝯfutat supsticiosos. alios sp iudicātes & indigna tione animi plenos ad facta alior͛. Hic etiā suscitat q̄driduanū hoc est desperatum fetenteꝫ in peccatis. primo enim die iacuit

quãdo ꝯsensum adhibuit ad peccatũ. Secũdo autẽ qñ ꝯpleuit in ope Tercio uero qñ accessit ꝯsuetudo Quarto insup qñ etiã fetebat desperatione. vñ etiã dñs fleuit sup eũ. & spiritu infremuit Iohã. xi. notans in hoc difficultatẽ resuscitãdi ad vitam. Hic etiã loquit̃ ad turbas. & uox patris clarificãs eũ est audita. Loquutio em̃ ad turbas est auditus laudis quo turbe in claustris ammirant̃. Vox aũt patris clarificãs filiũ est fama claustralĩu celebris. Hic nihilominus vngunt̃ pedes. s. misericordie & ueritatis. quibus om̃e cor pambulat vnguẽto penitẽtie. & vngit̃ caput diuinitatis eiꝰ. vñ om̃e bonũ descẽdit. vnguẽto deuotionis & gratiarũactionis. Et notandũ ꝙ hec om̃ia scd̃m euangeliũ ꝯpleta sunt in bethania. que domus obediẽtie interp̃tat̃ et significat claustrũ. ut dictum est.

Qq Sequit̃ de domo estiua. Domus aũt hec habet deambulatoriũ & viridariũ. in quibus hec mulier ab estu refrigeret̃. habet etiã fontẽ in viridario De viridario & fonte simul habet̃ Daniel'. xiij. ca. ubi legit̃ ꝙ Ioachim vir Susanne erat diues. & erat ei pomeriũ ꝯiunctũ domui sue. & infra in eodẽ cap'lo legitur ꝙ ingressa est Susanna in pomeriũ sicut heri & nudiustercius. uoluitq; lauari in pomerio. estus quippe erat. Est autem nihil aliud domus estiua. nisi ꝓsperitas huius mundi. que quãdoq; arridet huic mulieri. vñ etiã in ista nõ habitat sed deãbulat. & deambulatoriũ ipsius est dilatatio quedã cordis in huiꝰ mũdi ꝓsperis. Et ideo etiã qui sedet in hac domo suscipiẽs munera & impinguatur delicijs Eglon. s. a nuncio dñi scʒ Aioth interficit̃. Sic em̃ legit̃ Iudicũ. iij. ca. ꝙ Eglon cum interficit̃ ab Aioth sedebat in estiuo cenaculo. & erat pinguis valde Viridariũ aũt ꝯiunctũ domui in quo etiã refrigeriũ capit̃. sunt virentes & florentes amici. scʒ ꝙ infantes exultãt lusibus. & nepotes et propinqui florent ut quedã arbores. Fons aũt quo lauatur a sudoribus in hac domo cõtractis est fons sacramẽti penitẽtie et ꝯfessionis. vñ etiam in hac & viridario & domo Susanna de crimine accusat̃. & ꝑ industriã Danielis eripitur. quia vix huiꝰ mundi prospera quis habere poterit sine peccato. uel nota peccati Et nisi Daniel. hoc est sermo diuinus. eripiat. lapidabit̃ uerbis durissimis Iob. xxi. qui dicit. ducunt in bonis dies suos. & in puncto ad inferna descendunt.

Rr Sequit̃ de domo hyemali. Et hec est aduersitas habẽs estuariũ impatiẽtie. in quo cõtinue crematur ignis ire in fornace illate iniurie. vnde in hac domo Ioachim rex iude scidit̃

.F. Primus et secūdus

librum uerbor₂ domini & cōbussit in igne. Legitur em̄ Hiere. xxxvi. ꝙ rex sedit in domo hyemali in mense nono. & posita erat arula coram eo plena prunis. & ibi uerba dn̄i ꝯbussit. Domus hyemalis ut dictū est aduersitas est. Mensis autē nonus est recedens illata iniuria. quia in recēti molestia ira magis feruet. Verba aūt dn̄i sunt uerba quib⁹ precipit̄ ut reddamus domino vindictā. illatas nobis iniurias ꝑ patientiā tolerantes. Sed hec uerba scindunt̄. quādoquidez audiunt̄ studiose. sed opere non implent̄. tales em̄ scindūt uerbū ab efficacia. quā ꝯsequi in ipsis deberēt. Has aūt duas domus habet mulier hec ad ꝓbationem. nō ad mansionem. sciens quod dicit ꝓpheta Amos. iij. c. Percutiā domū hyemalē cum domo estiua. & peribūt domus eburnee & dissipabunt̄ edes multe dicit dominus.

A § Secūdus

Equit̄ (Et panē ociosa nō comedit) Hic notandū est ꝙ panis nihil aliud est ꝙ̄ refectio. Est aūt quadruplex ocium. s. lasciuie. pigritie. ignauie & festiuantiū Primū habet panez sed immundū. sicut dicitur Ezech. iiij. ꝙ comedēt filij Israel panez suum pollutū inter gentes. hoc est quādo ꝯuertuntur ad lasciuias gentiū. Secundū aūt nō habet panē nec debet habere. Terciū nō habet panē s₃ deb₃ habere Quartū nō habet panē quē tamē credit habere. vn̄ omibus his modis mulier hec panē ociosa nō comedit De primo ocio habetur. ij. ad Thessalo. iij. Ipsi scitis quemadmodū oporteat imitari nos. qm̄ nō inquieti fuimus inter uos. neqꝫ gratis panē māducauimus ab aliquo. sed in labore & fatigatione nocte ac die operātes. ne quē uestrum grauaremus. Item ibidē. Cum essemus apud uos hoc denūciabamus uobis. quoniā si quis non vult operari. nec manducet Audiuimus em̄ inter uos quosdā ambulātes in qete nihil operantes. sed curiose agentes. his aūt qui eiusmodi sunt denūciamus & obsecramus in dn̄o iesu christo. ut cū silentio operātes suum panem manducent

B De ocio aūt pigritie quod nō habet panez. nec est ratio quare debeat habere. legit̄ in Prouerbijs. vi. Vade ad formicaz o piger. & ꝯsidera vias eius. & disce sapientiā. i. ꝓuidentiā. que cum nō habet ducē neqꝫ p̄ceptorē. parat in estate cibum sibi. & cōgregat in messe quod comedat. Item ibidem Vsquequo piger dormies: quando ꝯsurges a somno tuo: paululū dormies. et paululū dormitabis. paululum cōseres manus tuas ut dor-

mias. & ueniet tibi tanq̃ viator egestas. & pauperies q̃si vir armatus S iuero impiger fueris ueniet ut fons messis tua. & egestas longe fugiet a te. Itẽ Prouer. xiij. Vult & nõ vult piger. aia aũt operantiũ impinguabit. Item Prouerbio. xviij. Pigrũ deijcit timor. anime aũt effeminatorꝝ esurient. Item Prouerbiorꝝ xix. Pigredo immittit soporem. & aia dissoluta esuriet. Et iste due vltime auctoritates tangũt utrunq; ociũ. sc; primũ & secũdum. De pigritia uero p se habet Prouerbiorꝝ. xx. Propter frigus piger arare noluit. mẽdicabit ergo estate. & nõ dabitur illi Item Prouerbi. xxi. Cogitatões robusti semp in habundantia. omis aũt piger in egestate est. Et ibidẽ. desideria occidũt pigrũ noluerunt em quicq̃ manus eius operari. Item Prouerbi. xxij. dicit piger. leo est foris in medio plateaꝝ occidendus sum

C De ocio autem ignauie quod nõ habet panem. sed tamen deberet habere. eo ꝙ habeat instrumenta operãdi. ut exhibeat se ad opus. s; nescit se applicare ad opabilia. habet in euãgelio Mathei. xx. Quid hic statis tota die ociosi. Isti em nõ fuerunt pigri. quia exierant ad opus in instrumentis suis. sed nescierunt se applicare. & de hoc intelligitur hoc quod habet in Prouerbijs. xxviij. Qui operatur terrã suam saciabit panibus. qui aũt sectatur ocium replebit egestate Ecci. xxxiij. Multã maliciã docuit ociositas. in opera cõstitue seruum tuum. sic enim condecet illum.

D De ocio aũt festiuantiũ. qđ non habet panẽ gratie quẽ tamẽ credit habere. habet Isa. prio. Kalendas uestras & solennitates uestras odiuit anima mea. facta sunt mihi molesta. laboraui sustinẽs. Kalende sunt festum noue lune. & significat ociũ quorundã false ꝯtemplantiu;. qui semp uolunt esse in ocio. & nunq̃ in labore dicentes hoc quod habet in Iohan. vi. c. Volumus operari cibũ qui nõ perit. & de istis habet Treno. primo. Viderunt eam hostes. & deriserũt sabbata eius. Et Amos. v. ca. Aufer a me tumultũ carminũ tuoꝝ & cantica lire tue non audiam. vnde etiam hoc est significatũ primo Machabeoꝝ. ij. ca. ubi legitur ꝙ feriantibus iudeis: occisi sunt decem milia. eo ꝙ non operabant in decẽ preceptis decalogi. vñ etia; a Matathia preceptũ est ꝙ pugnarent agendo viriliter contra omnes mouentes sibi bellum etiam in die sabbatoꝝ

§ Primus
A Capitulū.xix. § primus.

Coph Surrexerunt filij eius ⁊ beatissimā pre dicauerunt. vir eius ⁊ laudauit eam

c Hic notandu3 primo est qualiter epygrāma uersui respondeat. Interpretatᷓ em̄ coph ꝯclusio. & notatur in hac littera ultima pars tractatus de muliere forti. Om̄ia em̄ que dicta sunt de ipsa concluduntur in quadruplici laude ipsius. que quadruplex laus habetᷓ in quattuor uersibus qui adhuc restant. Nam in hoc uersu ponuntᷓ laudantes ydonei. In sequenti autē laudatur a diuitijs. In tercio autem a forma & pulcritudine In vltimo autem ab operibus. & sic in quattuor laus ipsius concludiᷓ. Huic autem uersui precipue hoc epygrāma preponitur. quia mulieris huius p̄cipua ac specialis laus est in ore filiorum et mariti. qui eam & familiarius noscunt. & affectuosius extollunt

B (Surrexerunt &c̄.) Duo notantur in uersu. scilicet predicatio filiorum. & laus viri. Circa primū notanda sunt tria. Primū quid sint filij. Secundū qualiter surgunt. Tercium qualiter beatissimā predicant matrem Circa primū nota ꝙ sicut Iacob duas uxores habuit liberas. scilicet Lyam & Rachel. & duas ancillas. scilicet Balam & zelphā. ita christus in anima vna fideli que fortis mulier uocatur. habet quattuor partes fecundas. ex quibus duodecim filios ex benedicto semine progenitos educit. in laudem & extollentiam matris Lya igitur. que laboriosa interpretatur. lippa est oculis Gene. xxix. capl̄o. sed fecunda minus dilecta. sed prius marito copulata. nō promissa. sed tm̄ exhibita. vita actiua est que tota in illa parte aīe fundatur que liberum arbitrium nuncupatur. hec enim lippa est in agendis. quia ignorat homo finem operis sui. fecunda tamen est in operibus bonis. minus autem dilecta est. eo ꝙ non est in desiderio. sed potiꝰ quies contemplationis eterne totū obtinet nostrum desiderium. utpote pro qua Iacob magnus luctator in labore seruiuit septem annis. hoc est perfecta reuolutione septem virtutum. Sed tamen marito prius copulatur. quia nisi xp̄s nobis ꝯiungatᷓ ut in labore formosi efficiamur in merito ꝯtēplatōis speciē nō poterimus obtinere. vn̄ etiā oportuit ꝙ Iacob dies copule lye ante celebraret ꝙ̄ Rachel sibi exhiberet.

Hec etiã est que non promittit eo q in illa retributionis nostre merces nõ est. sed potius p illam ad mercedẽ ↄtemplationis p-uenimus. quia in loco nostro. hoc est in via vite huius. non est cõsuetudinis ut iuniores prius copulent. sed potius antiquior hoc est actiue labor q cõtẽplatiue solatiũ prius nobis ↄmittit.

¶ Rachel em̃ vidẽs principiũ interptat. & significat ↄtemplationẽ eterni principij & omniũ corꝝ q sunt creata. ut dicit Iohã. pri. Omnia p ipsum facta sunt. & sine ipso factũ est nihil. Hec aũt ↄtemplatio pcipue in intellectu aĩe fidelis christo marito ↄiungit. Balam aũt ancillã racheli pater assignat. que bala interpretat absorta. & significat hoĩs imaginatõem siue virtutem imaginariã. que scdm Augustinũ est vis mente rõnali inferior. in qua imprimunt imagines rerũ sensibiliũ a deo creatarꝫ. & hec subseruit Racheli. quia intellectus hoĩs ueritatem eterne ↄtemplatiõis frequẽter haurit in imaginibus uestigij et speculi creaturarꝫ. scdm q dicit in ps. Celi enarrant gloriã dei et opera manuũ eius annunciat firmamentũ. Et Iob. ix. c. Inducens creaturas excellẽtiores indicãtes increatã ueritatẽ intellectui hominis sic dicit. pcipit soli & non oritur. & stellas claudit quasi sub signaculo. qui extendit celos solus. & gradit sup fluctus maris. qui facit arcturũ & orionas & yadas & interiora austri Qui facit magna & incõprehẽsibilia & mirabilia. quorũ nõ est numerus. Item Iob. xij. c. Inducit creaturas debiliores ad eius creatoris noticiã dicens. Interroga iumẽta & docebunt te. & uolatilia celi & indicabũt tibi. Loquere terre & rñdebit tibi. & narrabunt pisces maris. Quis ignorat q manus domini fecerit hec om̃ia. in cuius manu est aĩa om̃is viuentis. & spiritus vniuerse carnis hoĩs. Sic etiã bala spiritui mariti ↄiũgit qñ spice septẽ & septẽ boues Pharaoni ostendunt in imagine corporea Geñ. xli. Sed intellectus spiritui copulat qñ limpide ueritatis p̃sagia intellectu Ioseph p hoc p̃dicunt. Sed bala Racheli seruiuit. qa in qbus figuris & imaginibꝰ Ioseph p hec futura lucide veritatis exprimeret imaginatõ p imagines ministrauit Idẽ etiã est in somno Nabuchodonosor de statua Dañ. ij. quã Daniel p intellectualẽ visionẽ expressit & ad oculum exterius articulos manus scribẽtis in pariete in imagine vidit. Danielꝰ v. Sed Daniel p intellectũ in ipsis sententiã eterne ueritatis manifestauit. Et in vna anima Daniel in somnis quattuor bestias et quattuor uentos in mari pugnãtes cõspexit p imaginariam virtutem. Sed intellectu quattuor reges regnoꝝ in ipsis imagi

nibus in visione intellexit. Similiter penas ad oculuz exterius imaginarie p ollam succensam vidit. & ex illo quasi subserui-ente succendã hierusalem p intellectũ cognoscens lucida veri-tate predicauit. Sic ergo Bala Racheli subseruit. quia imagina-ria intellectui in quibus veritatem conspiciat imagines rerum anteponit:

D Lya vero que actiua est vita & in libero arbitrio posi-ta: zelpham p ancilla a patre sortita est. que zelpha os hyãs in-terpretatur. & volũtatem operantem significat. que etiam libe-ro arbitrio subministrat. quia quicquid liberũ pcipit arbitriũ ad hoc implendum quasi ore aperto voluntas se offert. Habet etiam os hians ad pcipiendũ pcupiscibili & omnibus mẽbris corporis. vt domine sue. hoc est libero animo. in omibus obe-diant. Hoc etiam patz in abra Iudith vidue. que: vt legitur Iu-dith. x. sola orans dominũ cum abra sua transiuit p portas ad occidendũ Holofernem. id est dyabolũ. Porte autẽ sunt sensus per quos liberũ arbitriũ cũ ancilla scz volũtate ptinue transit in ornatu virtutuz interficiens dyabolum & amputans caput eius. hoc est primũ motũ. Vnde etiã legitur Iudith. xiij. q cum Iudith occidit Holofernẽ exiuit & tradidit caput Holofernis ancille sue: & iussit vt mitteret illud in peram suam. quia liberũ arbitrium p liberũ dissensum a peccati tentatione dyabolo ca-put amputauit. postea exit quãdo volũtatem excitat vt caput primi motus serpentis in peram memorie recipiat. vt ad pres-biteros ciuitatis. hoc est sacerdotes ecclesie reportet per confes-sionem. quia etiam primum motum voluntas sine confessio-ne nõ dimittit in sanctis

E Iste quattuor partes mulieris fortis ex semine Iacob gra-tos dei filios in laudem matris concipiũt & pariunt. & primo parit que prius piũgitur. scz liberum arbitrium in vita actiua Est igitur primo genitus ipsius Lye ruben: qui visio interpre-tatur: matre dicente in ortu eius. vidit dominus humilitatem meam: nũc amabit me vir meus. Significat autez hic filius co-gnitionem & prudentiam agendorum. que prima exigitur in vita actiua. qa nisi sciat sollerter eligere bona & reprobare ma-la: nec bonum nec bene poterit agere. In hoc aũt filio vidit do-minus opprobriũ Lye. & humilitatez lippitudinis eius. quia ante prudentiam agendorum ita est lippa vt sit etiaz in oculis mariti despecta. quãdo scz imprudens & pceps est in opere

F Rursum autem parit symeon qui interpretatur auditus

matre dicente dum pareret quoniam vidit me dominus habe ri contemptui. dedit etiam istum mihi. Significat autē iste auditum obedientie. sicut dicitur in psalm̄. Audi filia & vide & inclina aurem tuam. quia licet aliquis prudentiam habet de agendis. tamen adhuc contemptus est nisi etiam hunc generet filium. qui est obedientia mandatorū

G Tercio iterum Lya per gratiam concepit & genuit alium. dixitq̄: nūc quoq̄ copulabitur mihi maritus meus. eo q̄ pepererim ei tres filios. & ideo vocatum est nomen eius Leui. qui interpretatur additus vel auctus. quia post obedientiam mandatorum: que necessaria est ad salutem: per volūtariū votum additur impletio consiliorum. vt iam non tantū faciat opera necessitatis. sed insuper etiam impleat consilia perfectionis. sicut est illud Mathei. xix. Si vis pfectus esse vade & vende omnia que habes & da pauperibus: & veni sequere me. & ideo mater secura de dilectione mariti ad hunc filium dixit q̄ deinceps copularetur ei maritus. eo q̄ tercio iam desideratam prolem marito protulisset.

H Quarto iterum concepit & peperit filium: & ait modo confitebor domino: & ob hoc vocauit nomen eius Iudā. qui interpretatur confitens vel glorificans: & significat gratiarū actionem de omnibus bonis perceptis. Postea enim q̄ vidit se prudentem in agendis. obedientem in preceptis. & voluntariam in consilijs: gratias agit domino: quas gratias sterilis agere nescit. eo q̄ vnde regratietur domino munus conceptionis non accepit. & hoc notatur in verbo parientis cum dicit. modo confitebor domino. hoc est confessione laudis & gratiarū actione. virum anime deum: de semine cuius venit quicquid iocūditatis habeo in filijs: extollam. & magnificabo eū in laude que placet deo super vitulum nouellum cornua producentem & vngulas. hoc est super iocunditatē anime nouelle que iam infecūda adhuc primo producit cornua virtutum quibus ventilatur dyabolus. & vngulas rigoris discipline q̄bus ꝯcupiscentia huius mūdi ꝯculcatur

I Post hūc autem filium actiua vita videlicet Lya ad tempus parere desinit. dans etiam locum amplexuum ipsi contemplanti. que inuidens ēmulatione optima sorori de tanta sobolis fecūditate dixit marito. da mihi liberos: alioquin moriar. Ac si diceret. tanta multitudine filiorū ditata sum in actione. magno desiderio flagror etiam experiri filiorum iocun-

ditatem in contemplatione. precipue cũ iam non possit mihi obijci ꝙ frustra suspirat ad contemplationis quietem: qui non laborauit in agro actionis: quia in actiua iam peperi quattuor filios

K Sed notandum valde est ꝙ Lya parit ante ancillam suam. quia oportet exerceri in actiua anteꝗ̃ veniatur ad voluntatis desiderium. quam voluntatem diximus esse ancillã Lye hoc est actiue vite seruientem. Sed nullo modo prius illuminatur intellectus in contemplatione: nisi prius imagines rerũ per speculum & enigma colligat in imaginaria. quam ancillam Rachelis supra diffiniuimus. Exhibet igitur Rachel marito ancillam balam. que ingresso ad se marito concepit & peperit filium. & dixit Rachel. Indicauit mihi dominus & exaudiuit vocem meam dans mihi filium. & idcirco vocauit nomen eius Dan. qui interpretatur iudiciũ ratõnis quod de deo habemus per vestigium & imaginem creaturarum per q̃d iudicium iudicauit. hoc est discreuit nos dominus. exaudiẽs vocem nostram: ne simus sicut equus & mulus in quibus nõ est intellectus. Ne scʒ illis comparemur. de quibus dicit apostolus ad Roma. primo. Quia cum cognouissent deum nõ sicut deum glorificauerũt aut gratias egerũt. Et ibidem Inuisibilia dei per ea que facta sunt intellecta conspiciũtur. Item ibidem Quod notũ est dei manifestũ est in illis. deus eñ illis manifestauit. Et Sapieñ. xiij. A magnitudine eñ spẽi & creature cognoscibiliter poterit creator horũ intelligi. Et Ecclesiastici. xlij. Cognouit dominus omnem scientiam. id est cognoscere fecit ꝑ naturas rerum inspexit in signuʒ eui. annũcians que p̃terierũt & que superuentura sunt: reuelans vestigia occultoꝝ.

L Rursum autem Bala concepit & peperit dicente Rachel Comparauit me dominꝰ cũ sorore mea & inualui. vocauitꝗ̃ nomen eius Neptalim. Geñ. xxx. Neptalim interp̃tatur latitudo. & significat latitudinẽ admiratõis in altitudine sapientie. sua occulta homini reuelantis. Sup quam exclamat apl̃s ad Roma. xi. O altitudo diuitiarũ sapientie & scientie dei: ꝙ̃ incõprehensibilia sunt iudicia eius: & inuestigabiles vie eius. vnde & hũc filiũ Rachel licet de ancilla in enigmate natum tñ existimat vt se comparatã sue sorori dicat. quia gaudium huius admirationis vtilitati actionis comparatur. sic sentiens dilatatã in admiratione vt vanos reputet omnes homines in quibus non est scientia dei. vt dicitur Sapieñ. xiij.

Coph Caplm xix.

M Sed Lya: hoc est actiua vita sentiens ꝙ parere desijt infecũdam se cernens in operibus. quia maritus nimis occupatur in Rachelis ancille amplexibus propter dulcedinem admirationis: zelpham ancillam suam. hoc est volũtatem. marito exhibuit: qua post conceptum edente filium dixit feliciter: & idcirco vocauit nomen eius Gad: qui interpretatur felicitas vel felicis: & significat summũ statum & perfectum virtutis: quē tũc homo in actione comprehendit. quãdo dulcedinem contemplationis in ammiratione mentis cognoscit & percipit. Felicitas enim secundum philosophos est status scđm virtutem animi perfectus.

N Peperit quoq; zelpha alterũ: dixitq; Lya hoc ꝓ beatitudinē mea. beatam quippe me dicent omnes mulieres: propterea appellauit eu3 Aser: qui interpretatur beatus. & significat zelum de conuersione animarũ. & bene post precedentem nascitur. quia post statum perfectum virtutis in se exardescere debet zelus ad lucrum aliorum. sicut dixit dominus: zelus domus tue comedit me. & bene dicit ꝙ hoc pro beatitudine sua quia nullũ omniũ operum sic deo placet vt zelus animarum hoc ēm dominus in mũdo quesiuit & exercuit vt anime conuerterentur. & hoc discipulis agendum reliquit cu3 dixit. Messis quidem multa: operarij autem pauci Rogate ergo dominũ messis vt mittat operarios in messem suam. Math. ix. & aplus Scire debet quoniam qui cõuerterit peccatorem ab errore vie sue: animam ipsius liberabit: & operit multitudinem peccatorum suorum. Vnde bene subdit ꝙ beatam eam dicent omnes mulieres. quia scilic3 omnes anime conuerse illam animam beatam predicant. per quam a peccatis & ab inferno liberãtur

O Deinde etiam ipsa Lya per seipsam iteratam fecunditatem accipit. egrediens enim in agrum scripture Ruben reperit mandragoras. hoc est veritatis sententias. prudentie scilic3 domum reportauit. per memoriam retinens qđ alijs in predicatione effunderet. quas Rachel. id et contemplatam cernens. desiderio ducitur ad mandragoras. sicut semper in veritate scripturarum effici consueuerunt contemplatiui. & vt gustum habet mandragore permittit sociari maritum Lye. que concepit & peperit filiũ dicēs Dedit deus mercedē mihi. qa dedi ancillã mea3 viro meo. & ideo vocauit eu3 Ysachar. q merces vel vir mercedis interp̃tat. & significat officiũ p̄dicatōis in cura aiaꝝ:

Ancilla em̃ ab an quod est circũ & cilleo es dicitur. quia circũ-mouet̃ eius uoluntas in om̃ibus dñi mãdatis scd̃m ꝑfectũ sta-tum virtutũ in se. & zelũ animarꝝ in ꝓximo. Et ideo merceđ accipit officiũ & curam p̄dicationis. ut curã deo exhibitam re-muneratã & retributam sentiat in ꝯuersione peccantiũ. Labor em̃ p̄dicationis mercedẽ accipit ꝯuersionem peccatorꝝ. & ideo vir mercedis dei dicitur. vel etiam merces. quia duplici talis gaudet mercede in patria. sicut ipse duplex est in merito. meret̃ em̃ in se & meret̃ in alio. Et ideo mercedẽ habet in se & in altero Sicut dicit apl̃s de illis quos ipse ꝯuertit ꝙ sunt gaudiũ suum et corona sua in dño. hunc aũt filiũ ꝓ mandragoris .i. sentẽtijs in agro scripture collectis emit. quia ꝑ illas sententias animas peccatorꝝ quasi redimit a potestate mũdi & dyaboli

P Post hunc iterũ lya concipit & parit filiũ dicẽs. Dotauit me deus dote bona. etiã hac vice mecũ erit maritus meus. eo ꝙ genuerim ei filios sex. & ideo uocauit nomẽ ei⁹ zabulon. qui habitaculũ fortitudinis interpretat̃. & significat fortitudinem doctoris. qui ꝯstanter se offert murũ pro domo israel. & hec est cõstantia in passionibus ꝓ grege sibi ꝯmisso. Et bene dicit ma-ter. dotauit me deus dote bona. quia hic est vltimus gradus ꝑ-fectionis in vita actiua. & cum ipsa erit maritus suus tanto io-cundius: quãto ipse se ꝓ grege mori obtulit. ut mortẽ ab om-nibus expelleret. & morti corporaliter succubuit ut nos spiritua-liter a morte redimeret

B Multe filie &c̄. In hoc versu tria sunt notanda. Primum est quid vel que sint multe filie. Secūdum est qualiter & quas congregant diuitias. Terciū est qualiter & in quibus hec supergreditur vniuersas Circa primū notādū est q̄ sunt filie nature. & filie mūdi. & filie legis. & filie gratie. Filie nature sunt que animū & volūtatem ad propagationem nature ponūt. hoc arbitrantes optimū: iocūdari sc3 in filijs & marito. Et he significātur per filiam Iepte: que duobus mensibus virginitatem suam fleuit in montibus. eo q̄ semen super terram non relinqueret. vt patet Iudicū. xi. Significantur etiam iste per filias Loth que sollicite de posteritate cum putarent perijsse mūdum in ꝯcrematione sodome & penthapolis. inebriabant patrem: & adiūcte sunt ei ne mūdus dissolueretur. Gene. xix. Istas vident imitari iūgentes se secūdis & deinceps nuptijs. sicut dicit Aug⁹. in de ciui. dei. de quadam romana que vigintiduos viros successiue habuit. Et in euangelio Math. xxij. legitur de septēuira. Et iste quidem filie peccare nō intendūt nec peccant. sed turpe est rōnem honestatis non habere tantū vigorem in homine q̄tu3 habet vigorem castitatis natura in quibusdam brutis. dicitur em̄ hec natura esse turturis q̄ post primi mortem secūdas non admittit nuptias. Et hoc laudatur etiam in Iudith. xv. vbi dicitur q̄ benedicta inter omnes mulieres. eo q̄ castitatem amauerit. & post virum suū alium nō admiserit.

C Filie aūt mūdi sunt que semper in luxuria & ꝯcupiscentia viuūt. etsi quandoq̄ virgines sunt corpore: mente tn̄ sunt inceste. virginitatem corporis habitu exteriori deuirginantes.

& iste sunt que seducut etiā filios dei. hoc est clericos qui se deo in filios castos deuouerūt. Sicut dicitur Gene. vi. Videntes filij dei filias hominū ꝙ essent pulcre acceperūt sibi vxores ex omnibus quas elegerant. Iste significantur per filias Madian. que scandalum posuerūt filijs israel edere de sacrificijs idolorū & fornicare. vt habetur numeri. xxv. Significātur etiam per Iezabel. De qua dicitur Apocal. ij. Cuius doctrina fuit & prophetia edere & fornicari. Iste etiam sunt que. vt legitur in epistola Hieremie. sedent in vijs colligate funibus concupiscentie sue: iactantes fornicationes suas per nutus oculorum. Iste sunt etiā de quibus dicitur Ezech. xvi. ꝙ diuiserūt pedes omni transeūti. Transiens em̄ est qui nō moratur: & ille est non legitimus q: non ligatur vinculis matrimonij ad cohabitandum. Iste sunt etiā de quib⁹ dicit̄ Eccl̄i. ix. Om̄is mulier q̄ est fornicaria quasi stercus in via ab omnibus pretereūtibus conculcabitur. Et iste sunt de quibus dicit Isaias. iij. ca. Pro eo ꝙ eleuate sunt filie syon & ambulauerūt collo extento: & nutibus oculorum ibant: & plaudebant & ambulabant pedibus suis. composito gradu incedebant. sicut scil; inceditur in coreis. decaluabit dominus verticem filiarum syon. & dn̄s crines earu; nudabit. id est que debent esse syon & facte sunt per concupiscentiā filie huius mūdi. Iste etiam describūtur Prouerb. vij. Vidi vecordem iuuenē qui transit per plateas iuxta angulum & prope viam domus illius. hoc est meretricis. gradit̄ in obscuro aduesperascente die in noctis tenebris & caligine. & occurrit illi mulier in ornatu meretricio preparata ad decipiendas animas. garrula & vaga: quietis impatiens. nec valens in domo consistere pedibus suis nūc foris. nunc in plateis. nunc iuxta angulos insidians. apprehensumq; deosculatur iuuenem: & procaci vultu blanditur. dicens. Victimas pro salute deuoui. hodie reddidi vota mea. idcirco egressa sum in occursum tuū desiderās te videre. & reperi. Et demonstrat pulcritudinem & molliciem lectuli dicēs. Intexui funibus lectum meum. straui tapetibus pictis ex egypto. aspersi cubile meum mirrha & aloe & cynamomo. veni: inebriemur vberibus. & fruamur cupitis amplexibus donec illucescat dies. non est em̄ vir in domo sua. abijt via longissima. sacculum pecunie secū tulit. in die plene lune. hoc est post mensem: reuersurus est in domum sua;. Patet per hoc vltimū ꝙ sunt verba adultere meretricis.

D Filie autem legis sunt que timore & vana intentione

.F. Primus et secundus

non deo sed laudi seruiunt. timentes vituperari ab hominibus si votum castitatis quod vouerunt irritum facerent Et iste sunt de quibus dicit Hieremias Treno. primo cap. Virgines eius squalide & ipsa oppressa amaritudine: quia tales semper amaro animo sunt. quia spurciciam exercere nō audent. quicquid eñ in corpore & habitu castitatis pretendunt totum per ypocrisim & vanam laudeꝫ turpiori stupro exponunt. Iste sunt virgines fatue de quibus habetur Math. xxv. quarum lampades extinguuntur veniente domino ad nuptias. Iste sunt etiam de quibus dicit Salomon Prouer. xi. Circulus aureus in naribꝰ suis. hoc ē porce. mulier fatua & pulcra. sicut eñ porca circulū aureum stercori immergit. ita iste pulcritudinem quam in falsa religione pretendunt. luxuria laudis & ypocrisis impiam & inquinatam reddunt

E Filie vero gratie sunt que & castitatem habent in corde & corpore & habitu & sancta intentione & in humilitate christo seruiunt. habentes ducem & vexilliferam gloriosam dei genitricem & filium eius agnum immaculatum. Et de his dicit apostolus prima ad Chorin̄. vij. Mulier innupta & virgo cogitat que domini sunt. vt sit sancta corpore & spū. Et Apoca. xiiij. Hi sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati. virgines eñ sunt. hi sequūtur agnum quocunqꝫ ierit. Vnde dicit Augustinus in libro de virginitate. ꝙ alij sancti sequūtur non quocūqꝫ ierit. sed quo poterunt. virgines autem felicius exultabunt iocūdiusqꝫ regnabunt. Iste etiam significantur per virgines sapientes. que acceptis lampadibus clare castitatis in corpore acceperunt oleum charitatis in vasis cordis sui. & veniente morte cū domino introierunt ad nuptias eterne coniunctionis in qua vnus cum ipso spiritus efficiuntur. Sicut enim dicit apostolus prima ad Chorinthios sexto Qui adheret deo vnus spiritus est cum eo.

A F Secundus

i Ste filie quadruplices congregant diuitias. Prime congregant diuitias nature que sunt in abundantia prolis & operibus misericordie. Secunde congregant diuitias ꝯcupiscentie que sunt in habūdantia luxurie & pomparum sathane Tercie ꝯgregāt diuitias laudis vane & simulate iusticie. Quarte vero diuitias virtutum & gratie

B De diuitijs filiarū nature que sunt abūdantia prolis & operū misericordie. habetur in Iob primo. vbi dicitur ꝙ nati sunt ei septem filij & tres filie. & ostenditur ꝙ erat simplex & rectus ac timens deum & recedens a malo. Filie em̄ nature sunt filie desiderantes matrimoniū in timore dei. in hoc diuidūtur a filiabus mūdi. matrimoniū em̄ est nature officiū vt dicit Augustinus. Vnde & dicit glosa super Gene. ꝙ deus Ade dedit duo precepta. vnū nature. & vnū discipline. Vnuꝫ preceptum nature est ꝙ dixit. crescite & multiplicamini & replete terram. & subijcite eam. Ad cuius impletionem etiā in paradiso instituit matrimoniū. Aliud preceptum etiam nature est ex omi ligno paradisi comede. Terciū quod est discipline fuit illud. de ligno quod est in medio paradisi sciꝫ scientie boni & mali ne comedas. Primū em̄ horum pertinet ad propagationem. Secūdum ad nature in seipsa sustentationem. Terciū aūt ad disciplinam. scꝫ eruditōnem obedientie. Iste sunt etiā diuitie Iacob de quibus loquūtur filij laban dicentes. tulit Iacob substantiā patris nostri: & de illius facultatibus ditatus factus est inclitus Nihil em̄ Iacob a Laban tulit nisi vxores. & filios & oues. & in filijs est prolis abūdantia. & in ouibus opera pietatis

C De diuitijs aūt filiarū mūdi habetur Apoca. xviij. vbi diuitias suas iactat magna meretrix dicens. Sedeo regina & vidua nō sum & luctum nō video. Et iactat ibi tria. scꝫ dignitatē & florem honoris. cum dicit sedeo regina. & abūdantiaꝫ luxurie siue scorti in hoc ꝙ dicit. vidua nō sum. quia sciꝫ pro vno abscedente centum sibi copulat vel alios plures. Luctū aūt nō videt q̃tum ad rerum defectū. eo ꝙ laute & delicate se tales ꝓcurant. Istis filiabus templum dei. hoc est cetus clericoꝝ & monachorū plenus est. sicut dicitur. ij. Macha. vi. Templū luxuria & cōmessationibus erat plenum & scortantiū cū meretricibus sacratisq; edibus mulieres se vltro ingerebant. introferentes ea que non licebant. altare etiam plenuꝫ erat illicitis que legibus prohibebantur

D De diuitijs aūt fatuarū filiarū habetur Hiere. xvij. Perdix fouit que nō peperit. fecit diuitias & non in iudicio. in dimidio dierum suoruꝫ derelinquet eas. & in nouissimo erit insipiens. Perdix huius nature esse dicitur ꝙ aliena fouet oua. & cum pullos ꝓduxerit statim vt verā matrē q̃ oua peperit audierunt: relinquūt perdicem q̃ fouit & sequūtur illā que peperit. Ita est de fatuis virginibus. fouent em̄ habitu virtutē quā cor-

de non pepererūt. Et ideo faciunt diuitias non in iudicio. quia in dimidio dierꝝ cum plus fulciri credunt sup opera: opera recedent ab eis per vanā laudē. & hoc dum adhuc viuūt. Sed in nouissimo dierꝝ post hanc vitam permanebūt insipiētes. eo ꝙ claudet̄ eis ostium regni celestis

E Diuitie aūt virtutū & gratie sunt diuitie filiarꝝ gratie. q̄ sunt uere diuitie. de quibus dicit̄ ad Hebre. xi. de Moyse ꝙ maiores diuitias estimauit improperiū christi. & affligi cuꝫ populo dei: thezauris egyptiorum

A § Tercius.

Equitur q̄liter & in quo ista supergredit̄ vniuersas. Est autem hoc in uestitu & ornatu & diuitijs. De uestitu habet̄ in p̄s Omīs gloria eius filie regis ab intus in fimbrijs aureis Et ibi. astitit regina a dextris tuis in uestitu deaurato &c̄. quia de hoc multa sup̄ diximꝰ hic breuiter tangēdo hoc dictu sufficiat

B Ornatus āt huiꝰ mulieris multiplex ē. qui tangit̄ Isa. iij Et primo tangit̄ ibi (Ornamētū calceorꝝ) & sunt sandalia q̄ habent mulieres ad ornatū & ꝓtectionē pedū Et notant̄ exempla patrū p̄cedentiū. qui pelles suorꝝ operuꝫ cum ipsi mortui sint in dn̄o: nobis reliquerūt in ꝓtectionē affectus & uoluntatum nostrarꝝ. que ꝑ pedes intelliguntur.

C Secundū quod tangit̄ sunt lunule. & sunt quedā lunule auree in fronte sup peplū dependētes. & est ornamentū frontis ꝑ lunā aūt q̄ deficit ꝓprij defectus ꝯsideratio significatur

D Terciū est torques que est ornamentū colli. ꝑ quod notatur custodia discretōis. quia sicut collum capiti corpus coniungit. sic discretio nostra totum corpus nostre cōuersationis capiti christo debet connectere.

E Quartū est monilia que stringūt caputiū & muniunt sinū ne adulter inferat manū in gremiū pudoris. & significat castitatem cordis & corporis

F Quintū est armille. que sunt ornamenta brachiorū. & significant instantiā & fortitudinē operum

G Sextū aūt sunt mitre que cōtinent defluentiā capillorū et significāt meditationes sanctas que illicitas cogitatōes tanq̄ capillorꝝ incōpositionē ligant. & non sinunt defluere

H Septimū est discriminalia. & sunt pectines. & significāt crebrā nostrarū cogitationum discussionem & separationem

ut videatur quod sepius in cogitatu uersetur.

I Octauũ est perichelides. id est fascie pectorales que cohercent exuberantiã uberum. & significant amoris custodiã ne sibi illicitus amor in corde ubera subigat. sed post perfectuʒ & castum amorẽ muliebris uerecundia que in parte in mãmillis est: cõstringatur & coherceatur

K Nonũ murenule. que sunt quedã ornamenta pulcerrima auriũ. & significant facilem auditum uerbi dei scʒ ut auris semp̱ uerbo quod audit de deo similis sit. vñ in canti. primo. vbi nostra littera habet murenulas aureas faciemus tibi. habet alia littera similitudines aureas

L Decimũ ẽ olfactoriola & sunt quedã uasa in quibus defertur muscus & alia aromatica propter suauitatẽ odoris. & significant odorem bone fame.

M Vndecimũ est inaures que sunt cõmunia ornamẽta aurium. & significant obedientiam

N Duodecimũ est anuli p̱ quos significatᷣ fides mariti & thori. ligat em̃ digitum qui anularis dicitur. in quo est uena a corde procedens.

O Terciũdecimũ est gemme pendẽtes in fronte. & erat ille maximus decor mulierũ. & habitũ virtutis qui gemmẽ dictus est in scriptura. significat

P Quartũdecimũ est mutatoria. & sunt diuersa genera et paria vestiũ. in quo notatᷣ multiformis cõuersatio scd̃m q̈ aliter cõuersandũ est cum diuersis. sicut dicit ap̄s p̄ria ad Chor. ix. Omibus om̄ia factus sum ut om̄es facerẽ saluos

Q Quintũdecimuʒ est palliola. & sunt instrumẽta apta in tp̄e calido. & sunt tenuia. & significat modestiã que decentẽ ponit habitum & incessum exterius

R Sextũdecimũ est lintheamina. p̱ pepulis que ornant caput. & significãt uerecundiã que maxime decet mulieres

S Septimũdecimũ ẽ acus & ẽ quoddã p̱ũctoriũ aureũ ad similitudinẽ acus pepli extremitates ꝯpungens ne dissoluatur et significat timorẽ sanctũ qui ꝯpungit & cõtinet sanctoꝝ cõuersationẽ ne in dissimulationem paretur

T Octauũdecimũ ornamentũ est specula. in quibꝰ mulieres se ꝯsueuerunt aspicere. & significat intellectũ scripture. in q̄ singuli cõsiderant vtrũ turpes uel pulcri sunt

V Decimũnonũ est vitte. & sunt vitte quedam rubea ligamenta quibꝰ mitra ꝯstringitᷣ retro in magnitudine capilloruʒ

et significāt instituta patrum que quasi funiculus qui difficile rumpit̄ colligant nos ne forte pefluamur.

X Vltimū autem siue vicesimū ornamentū est therīstra. & sunt quedā pallia tenuia decora ualde. & prestantia ornatū ex trinsecus. & significāt mētis & corpis iocūditatē in gaudio spiritussancti. Hec sunt ornamēta caste & pudice aie. que auferuntur a dño ab incastis mētibus vt dicit Isa. iij. Et erit illis pro suaui odore bone fame fetor. ꝓ zona bone meditatōnis & castitatis. funiculus ꝯsuetudinis peccatoꝝ quo colligant̄ manibus & pedibꝰ ut mittant̄ in infernū. & ꝓ crispāti crine: ordinataꝝ cogitationū caluiciū apte in mūdicie cordis. & ꝓ fascia pectorali que ut diximꝰ casti amoris custodiā significat. erit ciliciū. eternaꝝ penarū scꝫ asperitas quibus anima incōtinens uelut uestimento cilicino uestietur

Y Diuitijs aūt supgredit̄ oēs in q̄ttuor. s. in magnitudine dotis. & in multitudine rerū parafernaliū. et in excellētia donatōis ꝑpter nuptias. et in lucro quotidiano. Dos aūt aie eius est quaꝫ dat sibi pater. qui idē pater spōsi et veri aie viri est visio claritatis. et ꝑfectus amor eiusdē. et perfecta eiusdē iterū cōprehēsio. nō ita ut tota diuinitas in nobis claudat̄ ut eius fines cōspiciant̄. sed ut a nobis habeat̄ oīe q̄d videmꝰ et amamꝰ in ipso. Silr̄ dos corporis eiꝰ est ut ꝓ corporis grauitate agilitate dotet̄. et ꝓ corpis grossicie dotet̄ subtilitatē siue spūalitate. Pro ipsius aūt mortalitate et passibilitate impassibilitatē accipiat. et ꝓ opacitate siue obscuritate recipiat fulgorē septies sup solē

Aa Res aūt parafernales sunt quas habet mulier iuxta dotem. Et ille res spūaliter sunt q̄ nobis hic de eterna vita in p̄gustatione quadā ostendunt̄ & dant̄. ut exiliū nostrū tanto tolerabilius sustineamus & ardētius finiri cupiamus. quanto ꝑ experimentū plus de eternoꝝ dulcedine cognoscimus.

Bb Donatio aūt ꝑpter nuptias quā scꝫ sponsus dat sponse in signū amoris nuptiaꝝ: est gloria quā habebit nostra natura de christo homine. Hec enī gloria nobis data est. eo ꝙ christus nostrā naturā desponsando sibi eam in vnā ꝑsonā cōiunxit & copulauit

Cc Lucrū uero quottidianū est gaudiuꝫ q̄d habet mulier in numerosa bonoꝝ meritoꝝ actione. Et sic patꝫ q̄liter mulier hec uestitu & ornatu & diuitijs multas filias nature & mundi et legis & gratie supergreditur utpote que plus omnibus laborauit & deseruiuit apud deum.

A Capitulum .xxi. § primus

Syn Fallax imago et vana est pulcritudo. mulier timens deum ipsa laudabitur

Syn vicesimaprima littera est hebreorum. & vulnus interpretatur. huic autem uersui hec littera inscribitur. quia loquitur hic Salomon de duobus in quibus hec mulier non laudatur que plerumque corda humana consueuerunt vulnerare. s. imago mulieris & pulcritudo. sicut dicitur Daniel. xiij. ca. duobus senibus iudicibus. Semen chanaan & non iuda. species decepit te .i. speciositas Susanne

B (Fallax imago & uana &c.) Duo notantur in uersu isto. s. in quibus mulier hec non laudatur. & in quo laudatur. In quibus autem non laudatur duo sunt. s. fallax imago. & uana pulcritudo Attenditur autem imago in forma corporis exterius Pulcritudo uero in speciositate coloris. Est autem imago interior & exterior. Imago interior est triplex. ut dicit Augustinus. super illud psalmus. Signatum est super nos lumen vultus tui domine. dedisti leticiam in corde meo. scilicet imago creationis. & imago recreationis. & imago similitudinis. Imago creationis est in qua creatus est homo ad imaginem dei. quia homo scilicet rationalis est ut deus. Et de hac imagine habetur Genesis primo. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram Et in Eccle. xvij. Deus creauit de terra hominem. & secundum imaginem suam fecit illum

C Imago autem similitudinis est. in qua imitari debemus deum intelligendo memorando diligendo. ut memoria deo patri. & intellectus filio. et dilectio detur spirituisancto. scilicet ut habeamus deum in memoria sine obliuione. & in intellectu sine errore. & in uoluntate sine omni amaritudine odij ire & inuidie & aliarum malarum uoluntatum. In uoluntate enim nostra debet esse nobis tranquillitas pacis In intellectu autem splendor eterne lucis. Et in memoria immutabilitas & indeficientia eternitatis. De hac imagine dicitur prima Chorinthiorum. xv. Sicut portauimus imaginem terreni Ade: portemus et imaginem celestis. Et. ij. Chorinthiorum. iij. c. In eandem imaginem transformamur a claritate in claritatem tanquam a domini spiritu

D Imago autem recreationis est fides spes & charitas. Charitas enim que mater est omnis boni & principium attribuitur deo patri. fides autem filio. quia ille fidem in mundo docuit. spes autem spiritui sancto. quia ille descendens in corda fidelium spem eorum in alta

subleuauit. Fides em̄ oculos aperit. spes erigit. charitas figit. Et de ista imagine potest intelligi quod habetur ad Romañ. viij. Nam quos presciuit & predestinauit cōformes fieri imaginis filij sui vt sit ipse primogenitus in multis fratribus. Imago autem exterior est dispositio figure corporis. Et de hac habet Iob quarto. Stetit cuius non agnoscebam vultum. imago coram oculis meis

E Sequitur hoc ꝙ dicit fallax. Est em̄ tam intrinseca imago ꝙ̄ etiam extrinseca quādoqꝫ vera & quandoqꝫ fallax Vera est intrinseca quando deum imitatur. & imago que est forma omnis reformati. & hec imago est christns. Est autem intrinseca fallax quando per peccatum deformatur. Sicut dicitur in psal. In ciuitate tua imaginem ipsorum ad nihilum rediges. Imago etiam exterior est vera quādo remanet in dei laude. vt laudetur deus in factura sua. Sicut dicit psal. Delectasti me in factura tua. & in operibus manuū tuarum exultabo. Sed fallax est quando picturis meretricijs & circūpositionibus adornatur. vel etiam per falsam ypocrisim exterminatur. vnde in euangelio Mathei. xxij. Cuius est imago hec & superscriptio. Hanc em̄ questionem potest dominus ypocritis & pictis mulieribus facere. in quarum vultu imago quidem sua est quam ipse creauit. sed superscriptio ipām eandē imaginē deo cōfigurauit & falsauit hoc quod deus bene creauerat

F Sequitur. vana est pulcritudo. Interior vera: & pulcritudo exterior vana. Interior consistit in pulcritudine conscientie Sicut dicitur Cantico. primo. Nigra sum sed formosa filie hierusalem sicut tabernacula cedar. sicut pelles Salomonis. Tabernacula em̄ cedar intus pulcra: exterius vero nigra dicūtur. Pelles autem Salomonis: in quibus archa inuoluebatur: interiori parte gemmis & auro redimite fulgebant: exterius autē nō multum pretendebant decorem. Sic & sancta anima ornatum & pulcritudinem virtutum habet intus. extra autem humilitate & squalore rigoris & abstinentie est denigrata ad modum videlꝫ templorum domini: que omnia multum intus & parū ornata sunt exterius. Vnde Cantico. primo. Pulcre sunt gene tue sicut turturis. habet em̄ duas genas. scꝫ innocentiā conuersationis & habitum maturitatis. que pulcre sicut turturis esse dicūtur. quia castitatem & fidem in omnibus opibus exhibendo se sine felle malicie esse demonstrāt

G De pulcritudine autem exteriori vana multa ab his q

illā sequūtur scripta sunt. sicut illa de Helena. de qua dicit philosophus ꝙ ad hanc oportet vti verbis sapientū. vt fugiamus Helenā. Fuerūt tamen quedam mulieres sancte etiā pulcre exterius. & tamen nō vane. quia pulcritudinem suā mūdo in cōcupiscētiam nō ostenderūt. sicut fuit Iudith & Susanna: & tres filie Iob. & Rebecca & alie de quibus legimus in scriptura. Iob xlij. Filie em̄ Iob appellate sunt dies & cassia & cornustibij propter pulcritudinem suam. vnde dicitur ibi. ꝙ nō sunt inuente mulieres speciose sicut filie Iob in vniuersa terra. Sed in omnibus his verificatur qđ dicitur de Iudith. ꝙ deus illi splendorē contulit. quia omnis illa compositio nō ex libidine sed ex virtute pendebat.

A § Secūdus

Equitur secūdum huius versus. sc3 in quo laudatur. Vn̄ dicit. Mulier timēs dominū ipsa laudabitur. Vbi duo notanda sunt. sc3 quare dicit. laudabitur in futuro & nō in p̄senti. Est aūt mulier timens deū laudabilis propter tria precipue. Quoꝝ vnu3 est. quia timor eam maxime humiliat. & ideo in laude est extollenda. Vnde ad Roma. xi. Noli altu3 sapere. sed time. hoc est si times nō altum sapies. Secūdum aūt est. quia timor expurgat om̄e vituperabile. vnde quicquid remanet laudabile est. Vn̄ Ecclesiastici primo. Timor domini expellit peccatum. Terciū & vltimū est. quia timor domini p̄fectam inducit sapientiam implendi mandata & obedientiā. Initiū sapientie est timor domini. vt dicit psal. Et Ecces. xij. dicitur de obediencia. Deū time & mandata eius obserua. hoc est omnis homo Et ideo quia hec tria timor domini facit p̄cipue. ideo Dauid in psal. tanꝗ̄ nobis vtilius nihil vidēs dicit. Venite filij audite me. timorem domini docebo vos. Thobias etiā senior filium suum ab infantia timorem domini docuit. Thobie primo. & recedere ab omni peccato. & ideo psal. p̄cipit. Timete dominū omnes sancti eius. quoniā nihil deest timentibus eum. & ideo etiam laus nō potest eis deesse

B Sequitur quare dicit in futuro laudabitur. & hoc est qđ dicit sapiēs Ecci. xi. Ne laudes hominē in vita sua. Et Ambro. Tūc lauda quādo nec laudantē nocet adulatio. nec laudatum elatio tentat. In hac autem vita non laudantur sancti. sed deus laudatur in sanctis suis.

§ Primus

A Capitulum .xxij § primus

Hau Date ei de fructu manuum suarum et lau/dent eam in portis opera eius

t Thau que littera vltima hebreorum epigrāma est in hūc vltimū versum interpretatur signū. & notat signū laudis & preconij qd̄ p̄cipue est ab operibus mulieris huius. In hoc capitulo laudatur mulier fortis. Quid aūt sit laus p̄cipua habetur in Iohāne vbi dicit dn̄s Iohā. v. Ego habeo testimoniū maius Iohāne. opera que ego facio ipsa testimoniū p̄hibēt de me. Est etiā thau signū hui⁹ mulieris. oēs em̄ qui nō interficiūtur ab angelo exterminatore hoc sunt signo signati. sicut legitur Ezech. ix. Transi per mediam ciuitatem in medio hierusalem. & signa thau super frontes virorū gementiū & dolentium. & dixit ad exterminatores. Egredimini post eum: & super quem non videritis signatum thau interficite. & a sanctuario meo incipite. Vnde etiam signum hoc signum crucis significat. Signo em̄ crucis cruce redēptus debet signari & configi vt stigmata dn̄i nostri Iesu christi. scd̄m ap̄lm in fine ad Gala. in corpore nostro circūferamus.

B Sequitur. Date ei &c̄. In duobus consideratur sentētia capituli. sc; quid sit dare mulieri huic de fructu manuū suarum. & quid laudare eam in portis opera eius. Circa primum consideranda sunt tria. sc; cui dicatur date. & quid dandum. & ad quid. Dicitur autem istud angelis quibus commisit eam deus sponsus eius & vir eius. Angeli enim sunt ministri dei deferentes ad nos que dat nobis deus. Vnde psal. Qui facit angelos suos spiritus & ministros suos flammam ignis. Et in Thobia. xij Quando orabas cū lachrymis. & sepeliebas mortuos. & derelinquebas prandium tuum. & mortuos abscondebas per diem in domo tua & nocte sepeliebas eos. ego obtuli orationem tuā dn̄o. Et hec verba dixit Raphael angelus

C Quid autem dandum est aperit cu; dicit. De fructu manuum suarum. Manus autem accipiūtur hic opera: & fructus sunt pregustationes spiritus: quos fructus per ministerium angelorum etiam hic quādoq; facit nos pregustare. Sunt autem hij fruct⁹ duodecim qui enumerant̄ ab ap̄lo ad Gala. v. fruct⁹

ſpūs eſt charitas: gaudium: pax: patientia: benignitas: bonitas longanimitas: manſuetudo: fides: modeſtia; ꝯtinentia caſtitas. Et eſt hec charitas illa que pfectiſſima eſt. hec em̄ eſt illa que reficit vt fructus dulcis. Et hec eſt de qua dicit Dyoniſiꝰ. ꝙ eſt acuta mobilis feruida & ſuperferuida. Acuta vt penetret intima amati. Mobilis aūt vt ꝯtinue aſcendat ad ipſum. Feruida vero ne tepeſcat ad amorem mundi. Supferuida aūt vt continue in deſiderio ebulliat vt ſuſpiret in amplexuꝫ. & hec eſt ignis in ſyon & caminus in hieruſalem. hec eſt ignis dum ſpeculamur p fidem. caminus aūt qn̄ pacem ꝯprehendemus p veritatē

D Gaudium aūt de quo hic loquitur eſt iocūdatio mentis in guſtu diuine dulcedinis: que pculdubio eſt regnum dei. Non em̄ eſt regnū dei. vt dicit apoſtolus ad Rom̄. xiiij. cibus & potus. ſed iuſticia & pax & gaudiū in ſpūſancto. Pax autē iſta facta eſt & fruūtur ea ſancti. Eſt tranquillitas & quies cordis in guſtu dei quietāte omnia noſtri deſiderij inquieta. que pax eſt quam dominꝰ dedit & reliquit apoſtolis Iohan. xiiij. nō quo modo mūdus dat: quia in mūdo preſſuram habuerunt. ſed in ipſo pacem. De qua dicit pſalm̄. Audiaꝫ quid loquatur in me dominus deus. qm̄ loquetur pacem in plebem ſuā. & ſup ſanctos ſuos & in eos qui ꝯuertūtur ad cor. Et hec ē pax que ſcd̄m apl̄m ad Philip. iiij. exuperat omnē ſenſum. i. omnē ſenſibileꝫ delectatōem que cuſtodit ſenſus & intelligentias ſanctoꝝ

E Patientia aūt que fructus hic dicitur eſt conſtantia & eq̄nimitas animi in laboribus huius vite reficiens ex ſpe beatitudinis expectate. Benignitas aūt eſt bona ignitas. qn̄ ſcꝫ bonum qd̄ eſt in corde: ex igne charitatis incipit liqueſcere in affectum pximoꝝ: vt dulcē ſe exhibeat verbis & operibus in omne qd̄ iuſſerit proximus. Bonitas aūt eſt vera cordis dulcedo q̄ oſtendit in nobis eſſe deū. quia ꝯmunicamus omnibus nos & noſtra ſcd̄m deum. Bonū em̄ eſt diffuſiuū ſui & ꝯmunicatiuū. vt dicit Dyoniſius. Longanimitas aūt eſt equanimitas in expectando promiſſa. Manſuetudo vero eſt mititas que nulluꝫ puocat nec de facili prouocatur ab alio

F Fides aūt hic nō accipitur pro illa que videt per ſpeculum in enigmate. ſed pro certitudine inuiſibiliuꝫ. vt dicit glo. ſuper hūc eūdem locum. Tūc em̄ hō in veritate paſcitur quando certum habet hoc qd̄ de veritate cognoſcit & apertū. Modeſtia vero eſt modū & decentiam interius & exterius ſtatuens qd̄ etiam hominem ſcd̄m deum ambulantem delectat. Conti

nentia vero habet fructum triplicem scʒ centesimum in virginibus. sexagesimum in viduis. & tricesimū in coniugatis. Castitas autem hic accipitur pro temperantia innate delectatiōis in cibis & alijs que corpus delectant. scdm ꝙ etiā dicit castitas quasi corporearum delectationum castigatio. scdm qd dicit apostolus prima ad Chorin̄. ix. Castigo corpus meū & in seruitutē redigo. ne forte cū alijs ꝑdicauerim ipse reprobꝰ efficiar

G Sed nota ꝙ huic mulieri datur fructus manuū suarum & fructus est merces operis. Sed quidam sunt in se signa foris pretendentes qui proprias manus mordent & deuorant: & isti sunt ypocrite qui deuorant opera sua anteq̄ʒ ad fructum ꝑueniant. Quidam autem vt peccatores fructū in manibus nullū hn̄t nisi forte glandes quas porci immūdicie carnis mādūcāt

H Sequitur ad quid detur ei de fructu manuū suarū. Datur aūt ei ad tria. scʒ ad gustū. ad seminandū. & ad gratias agendum de perceptis. Ad gustū. quia gustauit & vidit quia bona est negotiatio eius. & ideo lucerna inquirendi talia non extinguetur in tenebris. gustato em̄ spiritu. dicit Gregorius. desipit omnis caro. id est carnalis delectatio. Vnde ex gustu confortatur spiritu magis fortis effecta ad laborem. Sicut de Paulo dicitur Actuū. ix. ꝙ cū accepisset cibū ꝯfortatus est

I Ad seminandū autem. quia fructū vt meritum sui laboris accipit. De hoc eodem fructu semen vlterioris meriti in terram cordis sui spargit. Vnde gratiā: quā vt fructū laboris accipit: exercet vt amplius in merito crescat. sciens iuxta apostolū secūda ad Chorin̄. ix. ꝙ qui parce seminat: parce & metet. Et illud Mane semina semen tuum & vespere ne cesset manus tua Ecclesiastes. xi.

K Ad gratias etiam agendū fructū accipit. sicut dominꝰ in lege precipit: ꝙ quando fructus collegerāt ꝙ veniāt ad templum & ad summū sacerdotem & confiteātur se recepisse que dominus promiserat. Vnde vult dominus recognoscere quēlibet hominem fructum gratie vt largitori gratie magnifice gratias agat

A F Secūdus

Equitur. Et laudent eam in portis opera eius. in quo tria notanda sunt. scʒ vbi laudanda est. & a quibus laudanda & qua laude. Vbi laudanda: quia in portis. A quibus: quia ab

operibus. Qua laude: quia laude testimonij virtutis & iusticie
Sunt autē porte vite huius & porte mortis: & porte iudicij. Et
sunt pōrte inferni. & sunt porte celi. & sunt porte paradisi. Por
ta vite huius est natiuitas. & precipue natiuitas quadruplex.
scȝ de terra. de costa. de femina & viro. & de virgine femina si=
ne viro. Prima est Ade. secunda Eue. tercia ꝯmuniter hominū.
quarta Iesu christi. Vnde Gene. xv. dicitur Abrahe. scito preno
scens ꝙ peregrinū futurum sit semen tuū in terra nō sua. & sub
ijcient eos seruituti: & affligent quadringentis annis &c̄. Gene
ratione aūt quarta reuertentur huc. De his portis intelligitur
hoc qd̄ dicitur Iob. v. Vidi stultum firma radice: & maledixi
pulcritudini eius statim. longe fient filij eius a salute & conte=
rentur in porta. & non erit qui eruat. Intendit em̄ dicere ꝙ ipsa
porta per quam habent ingredi vitaȝ preoccupātur & ledant̄
in primo flore vite vt dicant cū Ezechia. Esaie. xxxviij. Ego di
xi in dimidio dierum meorū vadā ad portas inferi Et illud. p̄=
cisa est velut a texēte vita mea. dū adhuc ordirer succidit me

B Porte aūt mortis. Vnde in psal. Beatus qui nō ꝯfunde=
tur cum loquetur inimicis suis in porta. In morte em̄ inimici
humani generis demones maxime ad confusionem hominis
laborant. quia in porta mortis aut hominem finaliter perdūt
aut lucrantur

C Porta aūt iudicij est in qua sedent senes terre ad iudiciū
& senatores. Vnde supra habituȝ est. Nobilis in portis vir eius
quādo sederit cum senatoribus terre Et in lege precipitur ꝙ iu
dices in portis sedeant: & iusta iudicia decernāt

D De portis autem inferni dicitur Math. xvi. vbi domi=
nus loquitur ad Petrum dicens. Tibi dabo claues regni celoꝝ.
Et ante hoc dixit. Tu es Petrus & super hanc petram edificabo
ecclesiam meam. & porte inferi nō preualebūt aduersus eam.
Et p̄s. Tollite portas principes vestras & eleuamini porte eter=
nales & introibit rex glorie. Et hoc dixerūt angeli & sancti pa=
tres quando christus descendit in infernū. sicut testatur euange
lium Nycodemi. En contriuit portas ereas & vectes ferreos
confregit

E Porta aūt celi ostenditur etiam in psal. vbi dicitur. Por=
tas celi aperuit dominus. & pluit illis manna vt ederent. Item
Hiere. ij. Obstupescite celi super hoc: & porte eius desolamini
vehemēter dicit dominus. Duo em̄ mala fecit populus meus.

me dereliquerunt fontem aque viue & foderunt sibi cisternas dissipatas que continere non valent aquas. Celi obstupescunt quando celum inhabitantes obstupescũt. Porte autem eius vehementer desolantur quando illi qui celum intrare deberent per aliam viam errando deuiant ad mortem Et hoc ideo quia duo mala peccando facit populus scꝫ deum per contemptum & ingratitudinem relinquendo. & fodiẽdo per desiderium & laborem terrenorum cisternas vacue consolationis que aquaꝫ veri refrigerij nõ ꝯtinent sed immũdant. Et psal. Aperite mihi portas iusticie: ingressus in eas confitebor dño. hec porta dñi iusti intrabũt in eam. Et in euãgelio Math. vij. Contendite intrare ꝑ angustam portam

F Porta autẽ paradisi est ex qua extrusi sumus anteqꝫ constituit dominus cherubin & flammeũ gladiũ atqꝫ versatilẽ ad custodiendã viam ligni vite Gene. iij.

G In omnibus his portis digna laude est mulier fortis. In porta em̃ nature siue vite huius laudabilis est per humilitatis recordationem. scit em̃ quia humiliter intrauit. & scit esse miserabilem prorsus infirmitatẽ. in modo vero nascendi. quia omnis caro fenum est. & omnis gloria eius quasi flos agri vt dicitur Isa. xl. In porta autẽ mortis laudatur per securitatem. qa cupit dissolui & esse cum christo. cum aplo ad Philip. primo. Et iterũ sicut dicitur secũda Chorin. v. Audet & bonam volũtatẽ habet magis peregrinari a corpore & ꝓsens esse ad deũ. Et illud Apocalip. xiiij. Beati mortui qui in domino moriũtur. quia ammodo dicit spũs vt requiescant a laboribus suis. In porta autẽ iudicij in qua sedent sapientes huius mũdi disponentes de mũdo laudatur mulier per bonam famaꝫ. Scit em̃ vt dicitur in Iudith. xiiij. vniuersus israel mulierꝫ virtutis eam esse Preterea sedet ibi vir eius: qui vt prius dictum est. surgit & laudat eam. Preterea etiam filij eius predicãt famam virtutis eius

In portis autem inferni laudatur per victoriã tartari. quia scꝫ sic triumphauit a dyabolo vt non valeat portis inferni concludi. vnde etiam gloriãdo super mortem dicit Ozee. xiij. ero mors tua o mors morsus tuus ero inferne. Qd̃ em̃ habet hec mulier in marito per redemptionem habet in se per meritum. qa etiã ipa mordet infernũ extrahẽdo se & alios qs ꝯuertit. In portis etiã celi laudatur ꝯfessione vere laudis. & recognitõe beatitudinis ab ipso deo. Vnde dicit Marci. viij. Qui me ꝯfessus fuerit corã hoibꝰ ꝯfitebor & ego euꝫ corã patre meo. In portis

etiam paradisi laudabilis est per reditum meriti. Vnde Adam vituperabiliter cecidit per transgressionem mandati. Vnde & hoc cantatur in laude fortissime virginis ꝙ paradisi porta per euam cūctis clausa est. & per Mariam virginem iterum patefacta est. Sic hec mulier fortis in omnibus portis laude est digna. & nō vana sed vera. que est ꝑdicatio virtutis eius

H Laudatur autem hec mulier a suis operibus triplici de causa. Vna & precipua est. quia opera sunt testes vite omni exceptione maiores. Alia causa est. quia sola opera nostra stabunt nobiscum in iudicio. Tercia causa est. quia opera procedūt ex nobis & nihil aliud. Qđ opera sint testes vite omi exceptione maiores: patet ex hoc qđ dicit apostolus in secunda ad Chorin̄. vi. Omnes nos stare oportet ante tribunal christi vt referat vnusquisqꝫ propria corporis prout gessit. Et in symbolo Athanasij. Et reddituri sunt de factis proprijs rationem. Et in Apocalip. xiiij. Opera em̄ illoruꝫ sequūtur illos. Illi testes sunt maiores omni exceptione. quia nunqꝫ mentiti sunt. nūquam dolus vel fraus inuenitur in ore ipsorum Vnde etiam christus prefert testimoniū suorum operum testimonio Iohannis. vbi dicit. Ego aūt habeo testimonium maius Iohanne. opera que ego facio ipsa testimoniū perhibent de me. Iste est tantus testis laudis ꝙ si vniuersus mundus ꝯueniat & testetur sanctum esse aliquem & laudabilem. & soluꝫ opus vituperij stet in parte altera accusans conscientiam. cōuincet talem esse vituperabilem & condemnandum

I Similiter si omnis creatura dei clamet contra aliquē accusans & condemnans. & sola opera sua sancta & bona excusent & laudent & probent innocentem: prefertur a deo & conscientia iste vnicus testis operum alijs omnibus. Qđ tamē valde mirū videtur. eo ꝙ dominus ipse dixerit. Math. xviij. ꝙ in ore duoꝶ vel triū testiū stabit omne verbum. Sed hoc intelligitur de testibus qui factum nouerunt & omni exceptione maiores inueniuntur. Isti testes de corde & vita hominis nō possunt haberi nisi per opera & conscientiam & deū qui in extremo iudicio testis erit & iudex

K Sola etiā opa tūc stabūt in iudicio. ibi em̄ cedit amic⁹ similiter bona secularia. filij. parētes & om̄ia q̄ in hoc mūdo diligūtur. substātia autē hui⁹ mūdi tūc magno igne cremabit: q̄ ꝓcedit faciē iudicis. hoīes aūt amici & filij & parentes & alij ꝓpinqui tūc stabūt iudicandi. & ideo testes eē nō possunt. Si em̄

quilibet pro alio testis admitteret. omnes excusarent. Sed omnes in vna & pro vna causa stabūt & ut iudicandi Ideo nullus alterius testis esse poterit. vnde Iob. x. ca. Nō est qui de manu tua possit eruere

L Sola etiā opera ꝓcedunt a nobis. ut dicit dn̄s que procedunt ab ore a corde exeunt que sunt furta fornicationes & huiusmodi. Et ap̄ls ad Gala. v. c. Manifesta sunt opera carnis. que fornicatio immūdicia impudicicia luxuria ydoloꝝ seruitus ueneficia inimicicie ꝯtentiōes emulationes ire. rixe dissensiones secte inuidie homicidia ebrietates ꝯmessatōes & similia. q̄ predico uobis sicut p̄dixi qm̄ qui talia agunt regnū dei nō cōsequent̄. Et dicit ea esse opera carnis. quia sunt a carnali concupiscētia & uolūtate. vn̄ pri. ad Choꝝ. xv. ca. dicit ap̄ls. Caro & sanguis regnū dei nō possidebūt. Et ibideꝫ glo. i. opera carnis et sanguinis. & in euāge. Iohā. prio dicit de sanctis ꝙ nō ex sanguinibus neqꝫ ex uolūtate carnis neqꝫ ex uoluntate viri. sed ex deo nati sunt

M Sequitur qua laude. quia testimonio virtutis. & hec est honor huius mulieris. Honor em̄ est exhibitio reuerentie in testimoniū virtutis. Honor aūt & laus huius mulieris in quattuor attendit̄ que facit deus honorādo sanctos suos. Primū est laus eoꝝ ab ore dei edita coram sanctis angelis. vn̄ dicitur Iohā. xij. Qui mihi ministrauerit: honorificabit cuꝫ pater meus qui in celis est. hoc est dignuꝫ laude coram his qui in celo sunt predicabit.

N Secundū est in consessu mense dei. efficitur em̄ cōmensalis dei. ubi mensa facies dei est aperta. panis autē dulcedo sue bonitatis & ueritatis que nos reficiunt. & sunt panis & alimentum angeloꝝ. vn̄ in Luca ante passionē dicit Ego dispono uobis sicut disposuit mihi pater meus regnū ut edatis & bibatis sup mensam meā in regno meo

O Terciū aūt est ꝑticipatio sui gaudij. quo em̄ ipse feliciter & eternaliter gaudet. eodē gaudio nos secum sibi vult habere ꝯsortes. vnde dicit. Euge serue bone & fidelis. intra in gaudium domini tui

P Quartū autē est in adeptione regni & corone. vn̄ Math. xxv. Venite bn̄dicti patris mei. ꝑcipite regnū q̄d uobis paratum est ab origine mundi Ad q̄d nos ꝑducat iesus christus filius dei cui est honor & gl̄a in secula seculoꝝ Amen

Explicit liber dn̄i Alberti magni de muliere forti

¶ Repetitio vigintiduoꝝ capituloꝝ ſm numerum litterarum hebraicarum.

ALEPH. Mulierē fortē quis inueniet: procul & de vltimis finibus preciū eius. BETH Cōfidit in ea cor viri ſui. & ſpoliȷs nō indigebit. GIMEL Reddet ei bonū & nō maluꝫ oībus diebus vite ſue. DELETH Queſiuit lanā & linū. & opata eſt conſilio manuū ſuaꝝ. HE Facta eſt quaſi nauis inſtitoris delonge portans panē ſuū. VAV De nocte ſurrexit. deditq; predā domeſticis ſuis. & cibaria ancillis ſuis. zAY Conſiderauit agrū & emit eū. de fructu manuū ſuaꝝ plātauit vineam. HETH Accinxit fortitudine lumbos ſuos. & roborauit brachium ſuuꝫ. TETH Guſtauit & vidit. quia bona eſt negotiatio eius. non extinguet in nocte lucerna eius. IOTH Manū ſuā miſit ad fortia. & digiti eius apprehenderūt fuſum. CAPH Manū ſuā aperuit inopi et palmas ſuas extendit ad pauperē. LAMECH Non timebit domui ſue a frigoribus niuis. omnes em̄ domeſtici eius ueſtiti ſunt duplicibus. MEM Stragulatam ueſtem fecit ſibi. byſſus & purpura indumentuꝫ eius. NVN Nobilis in portis vir eius. quādo ſederit cum ſenatoribus terre. SAMECH Syndoneꝫ fecit & uendidit. & cinguluꝫ tradidit chananeo AYN Fortitudo et decor indumentū eius. & ridebit in die nouiſſimo PHE Os ſuū aperuit ſapiētie. & lex clemētie in lingua eius. SADE Cōſiderauit ſemitas dom⁹ ſue. & panē ocioſa nō comedit. COPH Surrexerūt filȷ eius. & beatiſſimā predicauerūt. vir eius & laudauit eam. RES Multe filie cōgregauerūt diuitias. tu ſupgreſſa es vniuerſas. SYN Fallax imago & uana ē pulcritudo. mulier timens dn̄m ipſa laudabit̄. TAV Date ei de fructu manuum ſuarum. & laudent eam in portis opera eius

¶ Explicit liber venerabilis dn̄i Alberti magni ordinis predicatoꝝ de muliere forti intitulatus. iam primū in lucem prodiens. in quo ꝯtinent̄ alique metaphore ſolēniſſime omnibus verbi dei ſeminatoribꝫ accōmodatiſſime Cui⁹ ſi q̄s practicam habuerit. quāte virtutis ſit cognoſcet. quia ad diuidēdum vnā auctoritatē nō eſt in aliquo opere alicuius doctoris modus nobilior. Impreſſus Colonie opa atq; impenſis honeſti viri Henrici Quentell ciuis eiuſdem. Nonis maȷ. Anno domini Milleſimo quadringenteſimo nonageſimonono

Incipiunt orationes uenerabilis doctoris Alberti magni ordinis fratrũ p̄dicatorꝝ quondã ecclesie Ratisponēsis epi. super euāgelia dñicalia totius anni. In qbus non tantũ orantis affectus multipliciũ petitionũ habet formulas. uerũ & p̄dicans cũ uarijs distinctionibus moraliũ flosculorꝝ colligit fragmenta.

Dominica prima in aduentu domini Oratio

Vm appropinquassʒ. Math. xxi. Lu. xix. Mar. xi. Iohã. xij. zacha. ix. Dñe iesu christe qui ꝓ nobis uenisti in carnē ꝑ vnione diuine nature ad humanã. Veni in mentē nostrā ꝑ gratie infusionē. ut appropinqmus uisioni tue pacis ad nos. ad p̄latos & ꝓximos. p ꝯfessionis puritateʒ. obediētie humilitatē. & misericordie sublimitatē. Mitte ibi duos discipulos. ordinatũ timoreʒ & amorē. in castellũ aie nostre. que p turrim elationis. p murũ obduratiōis & p serã ꝑtinacie ꝯtra te est Qui nō curãt fatuũ cogitatũ ꝯtradicentē. soluēt asinã. humilē simplicitatē. & pullũ agilem. libertateʒ. a vinculis praui pudoris & timoris. uel cōsuetudinē & ꝯtemptũ a quolibet peccato mortali. Et ad te ducentes tibi soli placere appetãt. Vestimēta imponant p detestationē cōtrarij & emulationem maioris ꝑfectus. & per summe salutis desideriũ te supsedere faciant. Plurima aũt turba internarꝝ cogitationũ uestimēta bonorꝝ operuʒ per humilitatē sternant in via. Cedant ramos de arboribus exempla sanctorꝝ ad imitandũ sibi proponētes ut in omibus nostris internis & externis tam de naturalibus que p̄cedunt. qꝫ de gratuitis que sequent̄. O fili dauid nos saluificans a nobis benedicaris in excelsis.

Dominica secũda in aduentu dñi Oratio

Runt signa in sole & luna. Luce. xxi. Math. xxiiij. Mar. xiij Isa. xiij. Iohel. ij. Dñe iesu christe fili hois ueni in nubibus penitētie & resolue cor meũ in pluuiã lachrymarꝝ. in potestate magna eijce viciorꝝ demonia & maiestate. regna in aia mea ut fiat in terris carnalitatis mee p̄ssura gentiũ. motuũ scʒ incircũcisorꝝ. p̄ cōfusione sonitus cōfessionis. maris ꝯtricōnis. fluctuũ affectionũ. arescētibus humanis ꝯcupiscētijs. pre timore iehenne & expectatione glorie. que supueniet vniuerso orbi. Virtutes celorꝝ meorꝝ. superior videlicet & inferior portio rōnis. moueatur de exercitio bone affectionis ad studium contemplationis. Appropinqua mihi o redēptio nostra. & fac me respicere et leuare caput mētis mee ad te imitari signa in sole luna & stellis. In te sicut sole iusticie in tua matre virgine. & in omnibus

ſanctis tuis bonoꝝ actuū exempla. Videā ficulneam ſentiēdo tue charitatis dulcedinem. & omniū virtutum arbores produ cant in me fructū ut mihi ſit prope eſtas regni celoꝝ cum celuȝ anime & terra corporis mei tranſierit ad te uerbū intranſitiuū

Dominica tercia in aduentu dn̄i Oratio

Vm audiſſet Iohānes in vinculis. Math. xi. Mar. i. Lu. vij.

Dn̄e ieſu chriſte quia tu es qui uenturus es ad ſaluandum nos. & aliū nō expectamus. vincti tuo amore uerecundia & ti more. exiuimus de arūdineto uanitatis. de molli ueſtitu uolu ptatis in deſertum religionis. Vt igit̄ nō ſcandaliȝemur in te. ꝑ vincula ignorantie auaricie ſuperbie inobedientie mortalita- tis & debilitatis noſtre. audiētes opera tua mittimꝰ duos diſci pulos nr̄os intellectū ſcȝ & affectum nr̄m. ad te. obſecrantes ut mittas angelum gratie tue ante faciem intentionis noſtre qui preparet nobis viam an̄ te. Renuncia ergo nobis ꝑ affectū mi- ſericordie tue. ꝙ tu es claritas qua in te ceci vidēt. charitas qua claudi ambulant. humilitas qua ſuperbi leproſi mundant̄. uer bum quo ſurdi audiunt. vita qua mortui reſurgunt & ueritas qua pauperes euangeliȝantur

Dominica quarta in aduentu domini Oratio.

Iſerunt iudei ab hieroſolimis ſacerdotes. Iohā. prio. Do- mine ieſu chriſte exaudi uocem doloris noſtri in deſerto penitentiū clamantiū ad te. ne ſeducamur a fallacia ſermonuȝ de nobilitate generis. de ſuperſtitione religionis. de curioſitate ſcientie nos tentantiū. fac nos parare viam tibi per deſertioneȝ actus peccati. per propoſitū penitendi. per remiſſionē iniuria rum. per contemptū temporaliū. & per obſeruantiā mandato rum. Recte fiant ſemite tue in nobis per abrenūciationeȝ ꝓprie uoluntatis ſenſus & cōfidentie. & per ſuꝑerogantiā conſiliorū vt in bethania domo obedientie baptiȝati aqua uere cōtritio- nis. ſpiritu ſancto & igne trans iordanē. Et poſt riuuȝ extremi iudicij. te medium virtutis & ſcientie mediatorem dei & homi num ꝑfecte cognoſcamus.

Dn̄ica infra octauas natiuitatis chriſti Oratio.

Rant admirantes Ioſeph & Maria mater Ieſu. Lu. ſecūdo.

Domine ieſu chriſte qui poſitus es nobis in ruinaȝ vicio- rum. & reſurrectionem virtutuȝ. & in ſignum humilitatis aſpe ritatis & paupertatis. da mihi mariam rationē diſcretam. que concipiat propoſitum ſalutis & pariat. da Ioſeph humilem conſcientiam que nutriat conceptum ſalutis propoſitum mi-

rentur ambo sup repromissionibus. que dicuntur de te. Bene-
dicat mihi Symeon interna visitatio tua. ut ꝓpositum salutis
non sit mihi ꝑ superbiā in ruinā. sed ꝑ humilitatē in resurrecti
onē. Et ne ꝑ ypocrisim ꝯtradicā signo recte intentōnis. ptranse
at acumen feruidi desiderij motū internū rōnis mee ut reuelen
tur multe ꝓuidētie & sollicitudines. ptranseat animā meā gla-
dius uerbi tui quod ꝓhibet mala. p̄cipit bona. suadet perfecta
concedit media. corripit inquietos. cōsolatur pusillanimes. cō
minatˀ penas iehenne. & ꝓmittit gaudia celi. Sit anima mea an
na que gratiā dei inuacuū non recipiat. sed sit utilis sibi ꝑ san
ctitatē. ꝓximo per exemplū. pia deo ꝑ intentionē. Sit ꝓphetis-
sa videns p̄terita peccata ut plangat. immensas tentationes ut
caueat. beneficia redēptionis ut gratias agat. penas iehenne ut
timeat. gaudia celi ut ꝯsoletur. Sit filia Phanuelis facies dei pa
tris & filij & spūssancti. De tribu Asser de sorte & numero bea-
torū. procedat in diebus virtutū multis. non discedat. imo ha
bitet in templo corporis domini ꝑ spem & uenerationē virgi
nis matris. ꝑ laudē & precem ecclesie. ꝑ vnitatem & catholicā
pacem collegij sanctoꝝ. ꝑ imitatōem & sanctā ꝯuersationē. aīe
per internā aspiratōem. corporis ꝑ egregiā actionem. angelici
spūs ꝑ stuporē & admirationē. patrie celestis per amorē & aui-
ditatē. Ieiunijs & obsecrationibus afflictionibus videlicet cor-
poris. & deuotione mētis. seruiat dn̄o ꝑseueranter nocte ac die
in aduersitate & ꝓsperitate. ꝯfiteatˀ domino confessione laudis
et peccati. loquatˀ de illo nō quibusdā tantū sed omībus & p̄-
cipue expectantibus redēptionē israel. ut ꝓficiat scd̄m charita-
tem legē dn̄i. & redeat in galileā ciuitatē suā nazareth ad reue
